



(6) 2

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
SPECTRIS.

QVAM
AUSPICE DEO PROPITIO
Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſe Facultatis Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Æ S I D E
DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJEST. REG. BORUSSIÆ AULICO ET CONSISTORII MAGDE-
BURG. CONSILIARIO, MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ NATURALIS
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,

PRO LICENTIA
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS
HORIS LOCOQUE CONSUETIS,
ANNO MDCCLXXXV. D. OCTOBR.

PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET
RESPONDENS

JOHANNES ADAMUS STRUVIUS,
SCHOENEBECCA - MAGDEBURGICUS.



2

DISSERTATIO IN PRAESENTIA

STREIBER

AD PRAESIDIUM

DR. D. MICHAEL ALBERTI

DE REBUS

IN PRAESENTIA

AD PRAESIDIUM

DE REBUS

IN PRAESENTIA

AD PRAESIDIUM

DE REBUS

IN PRAESENTIA

AD PRAESIDIUM

DE REBUS

IN PRAESENTIA

AD PRAESIDIUM

DE REBUS

IN PRAESENTIA

AD PRAESIDIUM

DE REBUS

IN PRAESENTIA

AD PRAESIDIUM





PROOEMIUM.



Quod mundus opinioni-
bus regatur, communi jam in-
notuit proverbio, siquidem tot
sensus passim circumvolant,
quot hominum capita unquam
reperiuntur; Talis evidens dif-
sensus non modo in argumentis
& theorematibus levioris nervi, sed tanto certius &
frequentius in thematibus sublimioris & altioris scruti-
nii & indaginis omnibus ferme obtigit ævis, ut fle-
xiles atque instabiles mentes communis illa angat sol-
licitudo, utri in tanto rerum discrimine credendum
sit: e tot diversis eruditorum scientiam concernenti-
bus argumentis, quæ multis deliberationibus, opi-
nionibus, controversiis & speculationibus sunt subje-
cta, præcipue hoc loco doctrinam de Miraculis, Mon-
stris, Angelorum bonorum & malorum viribus, In-
cantamentis, Animæ humanæ commercio cum Cor-
pore & Spectris nominandam esse judicamus: quæ
considerationes in omnium facultatum foro & choro
A 2 per

per tot sententiarum discrimina trahuntur, ut omni circumspeditione opus sit, ne in circulos & circuitus salebrosarum, si non plane aut anilium, aut frivolorum opinionum quisquam abripiatur: quare in variis talibus angustiis ingenua indoles cum *Seneca Epist. 117.* exclamare potest: *quid mihi tales quasiunculas ponis, in quibus ego nec dissentire a nostris salva gratia, nec consentire salva conscientia possum.* Neque quidem sincerus altioris iudicii character est, res, quæ in facto veræ & infallibiles sunt, quaquaversum torquere & diversis persuasionibus, hyperbolicis & allegoricis declamationibus colorare posse, siquidem secundum *Ciceronem* nihil tam credibile est, quod non dicendo probabile fiat, & secundum *Isocratem* nullum commentum reperitur, quod non unquam aliquod invenit *Patrocinium*; interea in rebus intellectus humani vires & sphæram transcendentibus, haud lepidam quandam opinionem & ridiculam speculationem pro veritate offerre, sed potius suam insciam confiteri bonæ mentis symbolum est: alioquin difficile haud fuerit, in difficillimis etiam thematibus quamcunque speculationem effingere atque proponere; hinc tot opinionum portenta, si non commenta de diaboli indole & facultate circumferuntur: quæ spirituum existentiam partim dubiam reddunt, partim illorum activitatem in corpore & corpora rotunde negant, partim illorum essentiam & vires cum materiis crasse confundunt: ob id in schola Medicorum inter ipsos medicos non levis occurrit disceptatio, quando quaestio illa de commercio animæ cum corpore ventilatur: non minus omnium

um

um facultatum synodus morbos animæ & ab anima
 provenientes, morbos sic dictos dæmonicos & ener-
 gumenos diversimode explicat, ut in ejusmodi ec-
 lectica singularis etiam prudentia necessaria existat:
 Neque quidem in talibus sublimioris argumenti me-
 ditationibus ludicræ phantasiæ laxiora danda sunt
 frena, ut intricata etiam phænomena levi & brevi co-
 lorentur penicillo, quoniam secundum *Augustinum*
*de Baptismo contra Donatistas lib. 2. c. 5. in nullo aliter sape-
 re, quam se res habet, angelica perfectio est:* unde illi no-
 bis a regula recti & justi aberrare videntur, qui in om-
 nibus talibus secretis & arduis considerationibus,
 nihil verum esse judicant, nisi quod suis cogitationi-
 bus convenit, qui propterea minus æquo arbitrio res,
 quæ dicuntur esse facti, promiscue abnegant, nullo
 alio rationis protectorio instructi, nisi ad sui conceptus
 inopiam provocent: & quamvis in plurimis contem-
 plationibus intellectus humani imbecillitatem experi-
 ri queamus, ut propterea cum *Th. a Kempis de imit.*
Chr. lib. 1. c. 9. & cum Themistio exclamare debeamus,
quis est ita sapiens, qui omnia plene scire potest, tamen
 animus hominis a superstitione & credulitate liber ef-
 se debet, ne cæca quadam confidentia vulgatis hi-
 storioris assensum præbeat, sed secundum Philosophi
 assertum in mentem revocet, quod sæpe *plurimus ibi er-
 rer* habeat, ubi *plurimus populi assensus* valet, proinde vero
 etiam alterius Philosophi effatum attendat, *interdum*
populus rectum videt, est ubi peccat: quare secundum
Isocratis monitum *in gravibus negotiis multi sunt audiendi*
& una verissima sententia ex multis est eligenda: Proinde

De haud admiratione dignum est, cur nonnulla in
 pnevmaticis, medicis & physicis contemplationi-
 bus dogmata timidas, fugaces & volubiles mentes
 dererruerint, quando aut maculam hæreseos, aut
 calorem persecutionis malo abhorruere omine: un-
 de quidam vulgatis & credulis se manciparunt asser-
 tis, alii mediam opinionem sunt amplexi, quidam ad
 diaphora suum direxerunt refugium, nonnulli de-
 nique novitatis studio accensi, aliud coloratum dog-
 matis monstrum infelici in lucem ediderunt partu,
 quod multis modis abominabile esse potuit, debuit &
 fœvit: Quod medicum imprimis forum attinet,
 tunc morbi ex motuum vitiis, aut defectivis, aut ex-
 cessivis, formati, ut & morbi ideales, ex imaginatio-
 ne orti, hæreditarii, habituales, periodici, variis ha-
 stenus concertationibus ansam dederunt; ex singu-
 lis abstrusis thematibus illud selecto studio hac gene-
 rali & abstracta adhuc occasione producimus, quo
 Spiritualium principiorum actio in corpus huma-
 num inquiritur; sub quo themate variæ ventilandæ
 essent quæstiones, videlicet an rationi & revelationi
 conformis esset, angelorum bonorum & malorum
 activitatem in corpus humanum affirmare; an por-
 ro rationi & observationi consonum esset, animæ
 humanæ rationali ad generandos & curandos mor-
 bos jus concedere, an inter respectus ideales & phy-
 sicos detur commercium actionum & passionum &c.
 de singulis hisce & adhuc specialissimis hujus thematis
 argumentis eximia utique inter eruditos vigent
 certamina, quorum multa medicorum judicio fuere
 pro-

proposita: Ne vero in arduis ejusmodi disquisitionibus foeda superstitio & cæca credulitas proram puppimque teneat, necesse utique erit a sciolis speculationibus abstinere, omnesque circumstantias, posthabito quodam præjudicio, exacte ponderare, inutilem vero dubitationem ingenuo animo evitare, quando probatæ & evidentes rationes prolatae fuerant: etenim tantum indiscriminatim ad historias provocare, aut Spirituum & Dæmonum vires accusare velle, illud omnino eminentis superstitutionis testimonium esset, sicut *Bodinus lib. 4. theatr. nat. p. 538.* de superstitiosis testatur, quod inde *superstitutionis macula notati fuerint, quia animas post mortem circa corpus suum superstitiosos crediderunt;* quare in rebus scientificis necessitas requirit, non modo superstitem causarum spiritualium existentiam demonstrare, sed & illarum commercium cum corporibus confirmare: hic enim sane in rebus medicis hæret nodus, quod in uno extremo aut nimium tribuamus materiæ viribus, aut in altero extremo plus quam revelatio, ratio & observatio concedit Spirituum adscribamus energiæ, in quò utroque puncto haud levis passim committitur error: Subtilis, intricata proptereaque attentò & circumspecto judicio ventilanda est meditatio de Energia Spirituum in corpora, imo ubi & quoties, ut & quibus modis tales Energiæ se prodant: quod ante Christum natum ejusmodi dæmonici effectus frequentius obtigerint *Suida ad Eusebium lib. 5. de prepar. Evang. cap. 8.* testatur, & quod post natum Christum nihil pæne præter dæmones seu diabo-

diabolos judæi accusaverint *Dale de origine ac progressu idololatriæ ac superstit. dissert. 3. cap. XI. p. 607.* allegat, quod vero post Christum natum ejusmodi dæmonum vires infrequentius manifestis comparuerint effectibus præter *Suidam, Athanasium de incarnatione verbi Dei cap. 47. Eusebium in Hist. Eccles. cap. X. Justinum Martyr in Dialogo cum Tryphone Jude p. 149. Gerbardum in Spectro Endorzo, Thyraus de demoniacis locis infectis aliisque* notarunt. Ast ne diutius in generali hæreamus præparatione, cum Deo propofuimus, dum nobis Inaugurali specimine utile Thema proponere & explicare officii ratio injungit, succincta commendatione nostras cogitationes de SPECTRIS aliorum meditationi submittere, ut præcipuas considerationes huc spectantes ad usus Medicos tam Theoreticos, quam Practicos referamus: hæc disquisitionis tanto majorem promittere poterit utilitatem, quo magis abstrusa videtur spiritualium virium connexio cum naturalibus: Adfistat itaque nostro instituto Pater luminum, tanquam author & fons veritatis, ut sub cœlestis spiritus adjutorio abjecti & mali spiritus infernalis illusiones agnoscamus, sub eadem divina gratia illas solide demonstremus & attenta atque sobria mente evitemus.

§. I.

Doctrina de Spectris variis ridicula, fabulosa & anilis videtur, dum partim quædam argumenta apparitioni spirituum contrariari videntur, partim plurimæ observationes & historia detailibus visionibus fallaces & nugaces existunt, partim

partim *phantasia* sibi facile tales fingere & figurare potest, partim plurimi homines *nulla* talia spectra conspexerint, partim aliqui, qui *studio* ejusmodi apparitiones optarunt, imo *temere* convocarunt & *provocarunt*, aut ad illas conspiciendas in *talia loca* se contulerunt, de quibus communis fama testimonium perhibuit, quod ejusmodi phasmata ibidem comparuerint, *nulla* tamen spectra unquam vidisse affirmant; quibus argumentis quidam inducti, non modo Spectrorum *existentiam falsam* & præjudiciosam, sed tractationem de Spectris *otiosam* & infructuosam esse judicant: ast cum prædicta momenta non *tanti* sint ponderis, quin *aliæ* considerationes & demonstrationes ipsis opponi queant, proinde *ardue* & intricatæ disquisitiones non *vano* quodam fastu à tergo adspiciendæ, sed *continenti* & *attento* animo sine formidine oppositi explorandæ sint, tanto magis cum ex ejusmodi scrutinio non levis eveniat utilitas, quæ ad cognitionem *veri* & falsi, ut & ad applicationem *boni* & evitacionem mali contribuit, ob id hoc thema de Spectris haud indignum æstumavimus, quin circa illud inquirere & ventilandum virium nostrarum modulum probe-
ramus: neque quidem nos latet, quod varii *Medici* passim in hac disquisitione occupati fuerint, è quibus *Tobias Tandleri* *dissert. Physica. Medica de Spectris, Fascina &c.* ut & *tract. de Magia superstitiosa*, nec non *Donatus, Kirckmayerus* & *Wedelius* *disp. de Spectris*, *Ludov. Lavaterus* in *Lib. de Spectris*, ubi etiam aliqua ad scopum medicum pertinentia proferruntur, præterea *Crausius* in *Progr. de Spectris montanis, seu metallicis, causis morbificis* conitant, omisiss adhuc illis *particularibus* observationibus, morbos à Spectris visis ortos exponentibus, quarum in reliqua deductione mentio injienda erit: neque quidem *Jcti* hanc Spectrorum suo foro accommodatam doctrinam neglexerunt, è quibus *B. Stryckii* *disp. de Jure Spectrorum* nominare lubet: & *Usum Modernum Lib. XIX. tit. 2. §. 82. seq.* nec non *Bergeri Electa Jurisprudentiæ Criminalis obs. 134.* quomodo coercen-

B di,

di, qui spectra fingunt. Ut ut vero in hac tractatione multiplex *superstitio* & *credulitas* occurrit, ea propter tamen *superbia* hujus thematis indagatio minime anilibus accensenda erit *prejudicium* atque *fabulis*: neque quidem causam facimus cum *Paracelso*, qui in *lib. Meteor. & de occult. Philos. tr. 4. & 5.* nec non in *lib. de Nymphis* Spiritus tales *intermedios*, mortales tamen fingit, de quibus somniat, quod Deus præter homines, Adami posteros, alia *quatuor* hominum genera, *carne, ossibus & ratione* prædita creaverit & illa in quælibet *elementa* destinaverit, velut in *terre* viscera *Pygmeos* & *Gnomones*, quos vulgo *virunculos* *subterraneos*, sive *metallicos*, aut *dæmones* *Veri Mammæi*, *Bergs Robette* nominant, de quibus foris *Georg Agricola* in *fine libri de animalibus subterraneis* disserit: in *Aquas Nymphas* & *Undenos* *Paracellus* statuit; de quibus peculiari studio egit *Merbitzius*: in *Aëre* *stuctuare* existimavit *Silvos* & *Melusinos* & in *Ignem* denique *Vulcanos* & *Salamandras* vivere; quales mortales dæmones etiam *Cardanus de subtilitate lib. 19.* credidit; de talibus opinionibus vid. *Garmannus* in *tr. de mirac. mort. lib. 2. tit. 10.* ubi docto discursu de *Spectris* fusius tractat: quid quod possent aliqui *hæc* referre illa dæmonia, quos *Lutherus Feld*, *Teufel* nominat, cum vox originalis *Sair* denotet subjectum *hirsutum*, præcipue *hircum* (unde etiam illæ locutiones originem traxisse videntur, einen auf den Boek holen lassen, und Daß die Heyden-Meister auf den Boek ritten) hinc in locum *Levit. 17. v. 7.* ita commentatur *Tossanus*, das Hebreische Wort bedeutet eigentlich rauhe und harichte, als da sind die Bøcke, in welcher Gestalt die bösen Geister den Heyden vorzeiten zu mehrmahlen erschienen, auch von ihnen also abgemahlet und mit göttlicher Ehre seynd verchret worden, bey den Poeten werden sie Fauni und Satyri genannt: talia Dæmonia etiam allegantur *2 Chron. XI. v. 15. Esaiä XIII. v. 21. XXXIV. v. 14. Apoc. 18. v. 2.* conferantur quæ in hæc loca commentantur *Vinarienses* & *Tossanus*: quid per ejusmodi dæmonia

nia

nia intelligendum sit, clarius demonstravit *B. Spenerus in
letzten Theol. Bedencken Part. I. cap. 1. Sect. 18. p. 103. seq.*
illud itaque *preliminari* adhuc meditatione indicare vo-
luimus, ne *prejudiciosa* tractationis de Spectris nos parti-
cipes reddamus, sicut ex consequentibus nostra sententia
paulo clarius patefcet.

§. II.

Sed ne tituli præsentis scopus *ultra* intentionem
nostram extendatur, è re nostra omnino erit, ut *ratio-
nem* nostri *instituti* reddamus & illustremus: quare haud
in *aliena* velut castra *principali* velut studio emigrare co-
gitamus, ni ex *alio* foro aliquas *demonstrationes*, aut ha-
rum *fontes* necessitas postulaverit: colligere & connectere
inde enim frustraneum fuerit, de Spectris differere vel-
le, si hæc *non enibus*, quorum nulla sunt prædicata, an-
numeranda essent: hinc ante omnia, quantum propo-
siti ratio postulat, demonstrandum erit, *an dentur Spe-
ctra, quid sint illa & quousque* pro nostro captu & obser-
vatione *illorum vis sit extensa*: hæc ipsa tamen disquisitio
non *cardinalem* præsentis thematis nervum constituit, sed
potius pro *nostri fori* & officii ratione tractatio de Spectris
eo erit *dirigenda*, ut ventilemus, *an & quando* Spectra ho-
minis *sanitati* nociva & *prejudiciosa* esse possint, an *imme-
diate*, aut *mediate* cum corpore humano *commercium* inire
queant, an *proxime* corpus lædere possint, an vero *animam*
hominis perturbent & *mediate* hoc corruptionem & *of-
fensionem* quandam *ulterius* in corpus transferant: Ut ut
vero hæc consideratio aut ad *Theologiam*, aut ad *Pneuma-
ticam*, minime tamen ad *Physicam* & *Medicinam* spectare
videatur, nihilominus *ejusmodi* etiam casus obtingunt, u-
bi in *physicis* disceptatur, *an dentur demones* in *aquis* & *lo-
cis subterraneis*, velut metallifodinis, sepulchris, spelun-
cis & aliis devastatis desertis, an porro homines à *visione*
spectri in *morbum* incidere queant &c. ne itaque in tali-
bus propositionibus *prematuro* assensus *rationalem* inda-
gatio-

gationem eludat, necesse omnino erit, sobrie singulares circumstantias inquirere, siquidem in talibus disquisitionibus *scientia* præcedit, juxta prudentem declarationem *B. Speneri in Lebens Pflichten Part. I. p. 2. in Philosophischen Dingen erkennet man erst, ehe man gläubet, in göttlichen Dingen aber gehet der Glaube voran: neque in foro medico sufficit morbos, a conspectu spectri natos accusare, sed ratio postulat principalem morbi causam demonstrare & certificare: etenim maxime horribile sæpe spectrum in propria hominis phantasia oberrat; ne itaque in medico foro quoad hanc disquisitionem fungum pro cerebro apponamus, neve nudis dubitationibus & speculationibus hoc thema ventilemus, dignitas omnino argumenti postulat, ut *Rationem, Revelationem & Observationem*, seposito præjudicio authoritatis & nimie confidentiæ, seposito etiam morbo scepticismi, conciliemus: ita melior & sincerior ad *veritatem* patebit via: Neque etiam nudius tertius Medici doctrinam de *Spectris* cum *Medicina* combinarunt, siquidem ex antiquissimis *Hippocrates in lib. de Virginum morbis, de dieb. critic. §. 4. text. 18. de intern. affect. §. 51. text. 33.* ad demones, morbos provocantes, & visiones s. *spectra* advertit; proinde *Galenus lib. 3. de loc. aff. c. 6.* morborum *demonicorum* causam in corrupta phantasia & atrabile quærit, id quod etiam in libro *Galenii Spurio de Melancholia* reperitur: quare illis *priscis* jam temporibus *discrepantes* opiniones de ita dictis *morbis demoniacis* circumvolasse, medicorum dogmata probare videntur: proinde *Langius Lib. 2. epist. 35.* hujus *thematis medicum usum* quadantenus inculcat: quo adhuc *Rolfincium* referimus, qui in *ord. & meth. com. Lib. 2. Sect. 3. c. 105.* ex *physicis & medicis* rationibus nonnulla phænomena, quæ demonibus adscribi solent, explicat, adeoque cum foro *medico* connectit: Vocantur itaque ejusmodi apparitiones a medicis *deuæva terculamenta*, velut ab *Hipp. l. c.* qui porro illas *lib. de int. affect. §. 51. & de dieb. critic.**

critic. §. 4. Oſcuata vocat, quo nomine *Langius* eadem ſignificat & ad *JCtos* provocat, qui ſimili nomine illas denotant: alibi *Hipp.* easdem *oſias* appellat, ſic ipſe alibi hæc ſpectra *oſias* i. e. *viſiones* & *dæmonas* nuncupat: qua propoſitione brevibus tantum indicare voluminus, quod ab *omni* ferme tempore *medici* in hac conſideratione occupationes ſuas multo fatis ſtudio probaverint.

§. III.

In hac *Medica* Spectrorum tractatione in mentem quidem revocamus illud *Pindari* effatum *νεύραο ἀνῆαο*, non temere credito, qui enim facile credit, facile decipitur: & quando *Theodorus Byzantinus*, & *Wierus de præſtigiiis demonum lib. 2. c. 25.* dixerunt, quod *vir fortis non videat Spectra*; inſuper *Becker in mundo fascino lib. 2. cap. 32.* eloquitur: *erhobene Verſtande und durchſichtige Augen, ſehen den Teufel nicht ſo ſpöcken, als man ſo viel ſchlechte Menſchen thun höret*, proinde *Webſterus* aſſerit, quod *demonum commercia in melancholicorum & impoſtorum cerebris nata credenda ſunt, quemadmodum Garmannus de mirac. mort. lib. 2. tit. 10. §. 150.* illud effatum allegat, quod *Sapiens non videat ſpectrum*: & quando ſæpe immerito theologis fatuum Patrocinium Spectrorum imputatur, prævia tamen adhuc declaratione ſignificare volumus, quod ex eo exiſtentia ſpectrorum negari haud poſſit: ita enim *B. Spenerus* teſtatur, quod in doctrina de Spectris multæ *deceptiones & impoſturae* occurrant **Theol. Bedencken** *Part. 4. c. 2. art. 6. Sect. 2. p. 699.* tamen ipſe etiam dicit in **legten Theol. Bedencken** *Part. 2. cap. 3. Sect. 2. p. 4.* da ich denjenigen die alle tenſliche Erſcheinungen negiren nicht beſpſichte, ſorge ich doch, daß unter 20. vorgegebenen Geſpenſtern kaum eines ſey, da nicht einiger Betrug oder Einbildung den meiſten Theil drau gehabt hätte, & *Part. 1. cap. 1. Sect. 58. p. 304.* Es giebt Geſpenſter, aber die meiſten Ermpel die davon angeführt werden, ſind Betrug oder Phantſie: præcipue vero omnem attentionem & approbationem merentur ver-

ba ejusdem B. Viri, quæ profert in der Glaubens- & Lehr- Do-
minica Oculi p. 343. quæ digna sunt, ut hoc loco allegentur:
 Was die Gespenster anlangt, so ist nicht ohne, daß in solcher Materie viel
 unrichtiges und fabelhaftes erzehlet wird, also, daß wo man diejenige Ex-
 empel untersuchet, die man vor Gespänster vorgiebet, man sagen mag, die
 allermeiste seyn entweder Betrug der Leute, die andere äffen, und sich
 ihrer so leichtgläubigkeit als Furchtsamkeit mißbrauchen wollen, oder aber
 Einbildung und Phantasien von Leuten, dabey die Furcht und vorgefasste
 Meinung viel thun kan: Indessen sind gleichwohl wahrhaftig einige Ge-
 spenster, und ist viel zu vermessen, wann einige aus dem, daß sie so viel
 Fabeln, Einbildungen und Betrug in solcher Sache finden, schliesen wollen,
 daß gar alles falsch, und ganz keine Gespenster nirgends anzutreffen seyn:
 Es finden sich einmahl solche Exempel, da nach allergerneuesten For-
 schung sich zeigen wird, daß kein Betrug und Phantasie dabey vorgehe, sondern
 wahrhaftige Erscheinungen von einigen geistlichen Weisen seyn müssen:
 daß aber einigen Fürwitzigen, die gar nachmahl sich dessen dazu mißbrau-
 chen, daraus zu schliesen, es seyn gar keine Teufel oder Geister, folglich
 sey auch die Schrift falsch, welches die rechte Bahn zum endlichen arbeits-
 und Verleugung alles Christenthums ist, ob sie schon suchen, daß sie Ge-
 spenster sehen möchten, auch wohl solchen Drey nachziehen, dergleichen
 nicht zu Gesicht kommet, und sie also keine antreffen können, möchte man
 als ein göttliches Gericht, und zugleich List des Satans ansehen, daß er sich
 von solchen nicht sehen läßt und vielmehr, sich in ihren Unglauben und
 Eitelkeit auf die Weite stüret, GOTT aber über sie auch dergleichen
 zu läßt, weil sie vorhin sich seiner Furcht entzogen und also fernere Sün-
 de unwürdig gemacht haben: Ex præmissis itaque non modo con-
 cedimus, sed pleno etiam nostro suffragio obfirmamus, quod
 in doctrina de Spectris vel connatus aut adventitius er-
 ror phantasia, vel connexus terror, timor & angor mentis
 vel vitium organorum sensoriorum, vel incongrua horum
 organorum applicatio, vel præconceptæ opiniones siye ab
 educatione siye alia perverla persuasione eventientes, vel
 fraudulentæ illusiones & imposturæ, vel meditative, me-
 ticulose & cum corrupta imaginatione ordinarie conjun-
 ctæ melancholicæ præfigurationes, maxime vero cum mor-
 boso corporis statu complicatæ mentis per turbationes veri-
 ratem & certitudinem facti eludere & infringere soleant;
 ut propterea in qualibet tali historia modo recensitos
 scopu-

scopulos evitare, jus & prudentia postulent: Imprimis quidem sollicita cautela opus erit, ne phantasia facile spectra fingat & formet, quae ex praedictis occasionibus depravata, mira generat monstra, quare Overkamp in aconomia animali cap. 14. nec non Beckeri & Wehsleri affectat, cum hisce antesignanis & promachis, ante hos vero Naudaeus in Apologie pour les grands hommes Soupconnes de la Magie, Malebranche in la Recherche de la Verite cap. 2. nec non Ant. van Dale, Reginaldus Scotus, Orchardus, de Dailon &c. Spectra ex parte imaginationis fatum esse asserunt: Quemadmodum vero unius positio, non est alterius exclusio, ita praedictae rationes contra spectrorum existentiam & apparitionem militantes, non omnimode totum dogma de Spectris destruunt & resellunt, ut sepositis illis exemplis, ubi phantasia vires aliaque imposturae rei cardinem abfolverunt, tamen alia vera spiritualium talium apparitionum specimina supersint, quae promiscue negare vel le. scioli & infraniti animi character esset.

§. IV.

Excipit nunc explicatio, quid Spectra sua sint natura; quo cognito, postea facilius probari poterit, quod sint, sive quod illorum existentia sit indubia: discrepant vero tales apparitiones, in quantum angeli boni & corpore clarificato & loquelae hominum sensui se praebuerunt, quam spiritualem apparitionem antidemoniæ haud dubiam reddunt, ni pessimo ausu divino verbo penitus obloqui & resistere velint; ast hoc loco de apparitione bonorum angelorum non sermonem habemus: altera apparitio spectrorum nomine venit, quare nunc inquirendum erit, quid spectra, pro intellectus humani captu, denotent: illud mox hac praeliminari distinctione inferimus, quod Spectrorum nomine bonorum angelorum apparitiones haud veniant: proposita itaque quaestio duplici modo ventilanda erit, primo quid non sint, deinde quid sint: Quo ve-

ro in hac disquisitione brevitati studeamus, non esse dicimus spectra animas defunctorum, neque beatorum, quia illorum animæ sunt in requie, quemadmodum haud ejusmodi nunciis indiget DEUS, quare cum talem animam ad fratres suos impios ablegandam peteret dives, *Abraam illi dixit, habent Moſen & Prophetas, audiunt illos: ſi Moſen & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, perſuadebunt. Luc. 16. v. 29. 31.*; neque impiorum, quia jam a DEO condemnationi traditæ ſunt, a quo loco illas emittere, non eſt in poteſtate diaboli, neque DEUS pro ſua juſticia illas inde evocabit; falſum itaque eſt, *Spectrum Endoræum Samuelis animam fuiſſe, ſecundum Henrici Mori ſententiam in Epist. ad Glanviliam*; ſiquidem rectius de hoc ſpectro *Voffius in Epist. ad Beverovicium* & cum illo omnes ſaniores judicant, quod *diabolicum* fuerit phaſma: neque ſpectra ſunt *ſpiritus aſtralis*, qui cum *hominibus*, aut *animalibus* communicare dicitur, *æthereæ* ſubſtantię, qualis alias a *chymicis & medicis* ſupponitur, quod ab anima ſit *diſtinctus*, poſt mortem tamen *reſiduus*, quæ theoria ipſa ſpectrum conſtituit, neque ulla ratione probari poteſt, unde a nobis verius ſigmentis annumeratur, quibus explicandis operam impendere, vix ulla ſolida urget ratio: ad hanc *Platonicam* ſententiam pertinet *Mori & Glanvilli* opinio, qua animas hominum non omnimode *immateriales* eſſe ſupponunt, ſed poſt mortem certo *æthereo* vehiculo gaudere aſſerunt *conf. Morus in enchirid. Metaph. cap. de Spiritus natura & de Anima*; ex ejusmodi vero opinionibus facile *ſpuria & phantaſtica* ſinguntur ſpectra; neque denique ſpectra *Dæmones intermedii* vocari poſſunt, ſiquidem doctrina de talibus *intermediis* principiis nullo *ſolido* unquam argumento probata conſtat, unde aſſertis, neque in *ratione* neque *revelatione* fundatis niti, nulla ſana tuadet ratio; alia opinionum ſpectra & commenta de ſpectris non necelle erit fuſius allegare: noſtrum

strum potius erit jam significare, quid Spectri nomine ve-
nire queat debeatque: Sunt itaque Spectra *objecta sensibus*
humanis illusionē & rebis Diaboli oblata & vel ab extra
representata, vel ab ipsorum sensuum obturbatione aliquan-
do formata: B. Spenerus in Tabl. Catechet. p. 25. ubi de An-
gelis bonis & malis agit, ita differit: quando Angeli mali
apparent, spectra sunt: hæc sunt assumptæ larvæ & ascita cor-
pora phantasmata: 1 Sam. 28. v. 13-15. Sapient. 17. v. 4. Un-
de aliquando Spectra aliquod reale, interdum emphati-
cum quid sunt. Reale, quando Diabolus hominibus præ-
sentat objectum ex subtilissima materia conflatum, quod
exacte conspici potest, quod sermonem profert, quod et-
iam quandoque in sensum tactus cadit; quare possibile es-
se judicamus, quod talia spectra hominis corpus contin-
gant, ex quo contactu aut frigida aut fervida qualitas physica
percipi potest; quod diversum, modo clarum, modo
raucum sonitum edere queant; quod varii colores in illo
spectri objecto præsententur, quod etiam mediantibus va-
riis effluvis in & cum aëre fluctuantibus, illorumque diver-
sa miscela varios etiam odores Spectra producere possint
& ne hæc assertio superstitiosa atque vulgari credula & ple-
bejæ hominum opinioni conformis æstimeretur, in se-
quentibus aliquæ demonstrationes erunt observandæ:
ob id forma spectri non est absolutum figmentum, sed a-
liquoties reale quid constituit: etenim licet cum spe-
ctro alicujus hominis figura & totum corpus præfigurari
queat & tale phasma illud hominis individuum minime
sit, tamen representatio illa, in se spectata, aliquid reale ex-
istit, alias non in conspectum alterius incideret: ita D.
D. Præfidi sequens constat historia, de cujus fide non ha-
bet, cur dubitet (licet ipse in hac doctrina magnæ semper
circumspectioni addictus fuerit) accidit, ut pius & in-
commendando vero Christianismo fidelis & assiduus
Mystra, doctrina & vita integer, aliquando a templo, in
C quo

quo publica oratione cathedrali infidias Satanæ pio significavit Zelo, redux factus, pro exuendo vestitu ecclesiastico in Museum suum se contulerit, in quo mox sub ingressu in limen suam figuram, eadem stola indutam & exornatam, ad mensam & pulpitum scriptorium confuevit meditationum & laborum loco sedentem & medicabundam conspexerit; verus Mystra adhuc pio calore contra Satanæ technas accensus, hoc diaboli ludibrium esse observavit & sine ullo metu, Spirituali potius vi confirmatus, hunc peregrinum hospitem & hostem ita compellavit: quid tibi hic loci negotii intercedit, mihi hic locus proprius est, abitu in eundem locum infernalem, quo tua spectant merita: unde factum, ut sine ulla alia illusione hoc phasma evanuerit: (similem historiam commemoravit *Erasmus Francisci in der Schau Bühne Part. 1. p. 912.*) qua historia, brevi stilo commemorata, illud hoc loco probare volumus, quod ejusmodi *visiones* & objecta, quamvis non sint *illa ipsa* res, quam significant, i. e. signatum, cujus signum ferunt, tamen *in se* sine utique aliquid *reale*: nam aliquid actu *videre, audire, attingere*, aliud quid est, quam aliquid vidisse, audivisse & percipisse sibi *imaginari*, quod posterius etiam *dormientibus* contingit, de quo *Esaias cap. 29. v. 8.* dicit: *Sicut cum somniat fomelicus, quasi esset comedens, sed quando evigilat jejuna est anima ejus, aut quando somniat sitiens, quasi esset bibens, sed quando evigilat, ecce lassus est & anima ejus appetens.*

§. V.

Realitatem spectrorum ulteriori quadam *demonstratione* confirmare necesse erit; quare sciendum quod *varia modificatione motus* in aëre, aut *diversa commixtione subtilium materiarum* objecta *corporea* presentari queant, quæ, licet interdum tantum *emphatica* sint, tamen aliquid *quoad formam & essentiam reale* constituunt: proinde si
in

in organis *sensoriis* aliqua contingit *corruptio*, quæ causa *extraneæ* visionis, siue conspectus spectri esse potest, tunc ipse ille *alterationis* processus aliquid *reale* est, quamvis illud, quod *spectrum* hoc modo præsentatum est, *non reale* in se existat: quod vero in talibus organis prædicta *alteratio* contingere queat, ne tum quidem dubitamus, quemadmodum de diabolo S. Codex asserit, quod *sensum infidelium* excoecet, unde *subtili* modo in impiis *sensuum corruptio* fieri potest: quare, uti in genere *piis* hominibus spectra rarissime apparent (consentiente B. Spenero in *der Glaubens Lehr* p. 312. & *letzten Theol. Bedencken* Part. I. c. 1. sect. 37. ut & Gisberto Voetio de *Magia P. III. sel. disp.*) ita teorim in *impios* faciliorem *ingressum* haber infernalis ille hostis, qui hoc *posteriori* modo spectra ipsis offert, quamvis fidelibus, pro acuminibus suarum technarum, aliis modis Spectra præsentare queat, quod tamen ob *divinum* illorum protectorum rarissime perficit, aut exequitur, ni ex singulari *DEI concessione* in piis hominibus hic *dæmon* talem *sensitivam* corruptionem inferre & causari valeat; neque a potestate Diaboli *alienum* est, quod impiorum *recenter* defunctorum corpora ad *illusiones* & suggestiones suas adhibere possit; quia vero ad *malitiosa* sua artificia exercenda talibus corporibus *non indiget*, dum alia *machinamenta* præsentare potest, hinc ad minimum in *magis* demonstrabilibus acquiescimus assertis: ita enim *vario* modo stygios suos actus hic extremus hostis ludere potest, si enim angelum *lucis* plane simulare & subinde *animam loquentem* æmulari valet, *vid. Speneri letzte Theol. Bedencken* Part. I. cap. 1. Sect. 37. p. 219. tanto magis corpus hominis præsentare & imitari poterit: Sed ne hætenus allegatam *Realitatem* nimis *lato* accipiamus sensu, ita pro magis *perspicua* explicatione indicamus, quod ejusmodi spectra sint *Satanicæ* illusiones, dum certum *objectum* & *corpus* aliquando offerunt, quod tamen in sua

individuali specie non illud est corpus, quale quidem presentat: quapropter omnia illa Spectrorum ludibria, quotquot in sensus incurrunt Diaboli sunt artificia, quæ natura in libero & ordinario suo processu haud producit; quare B. Spenerus dicit in **Theol. Bedencken Part. III. cap. 6. art. 3. Sect. 22. p. 918.** Wo wahre Gespenster sind, offenbahret sichs also, daß man klar solche Dinge dabey findet, die ohnmöglich durch die Natur geschehen können: exinde inclarefcit ipsum Cacodæmonem esse spectrorum architectum, qui talia objectorum monstra sensibus offert; hinc simpliciori notatione ipse Diabolus est in Spectro, qui utpote Spiritus quidem quoad suam essentiam non visibilis existit, tamen fraudulento suo artificio atque illusionem talia producit objecta, quæ hominum sensus afficiunt: exinde etiam fluit, quod diabolus in varia figura spectra offerre queat, unde a ratione alienum haud est, quod diabolus in figura hirci apparere queat: vid. B. Spener. l. c. Sect. 18. p. 105. 106. qui author in den **Catechismus-Predigten p. 193.** differit, Gespenster sind der Teufel in angenommener Gestalt: neque quidem hæc Satanica ludibria miraculum sunt, uti Job. Clericus Pneumar. Sect. 2. cap. 4. §. II. opinatur, dum hæc objecta mediantribus naturalibus subsidiis, licet extra & præter, non tamen supra naturalem ordinem, Diabolus præsentare potest: ob id iterata vice removemus illam opinionem, quod defunctorum animæ oberrent & spectrorum officia & vices teneant atque perficiant; quam quæstionem ob verstorbene Seelen, irre gehen inter alios ventilavit Erasmus Francisci in seiner **Schar Bühne & Mengerung in Informat. Conscient. III. F. Pasch. gv. 7. p. m. 284.** An vero in Diaboli potestate sit, qua talia spectra præsentare queat, partim in disput. D. D. **Præsidis de Potestate Diaboli in corpus humanum,** partim ex toto præsentis thematis conspectu quadantenus innotescet.

Altera nunc quæstio, indagazione & decisione æque digna occurrit, *an videlicet dentur Spectra?* a cujus ventilatione iterum illa *prejudicia* separanda sunt, quod *multæ fabule* in hac doctrina occurrant, unde tamen non sequitur, quod *omnes casus* sint *fabulosi!* nam *qui omnia pro fabulis æstimat, ipse fabula erit;* neque quicquam concludit, quod *plurimi* homines *nulla* conspexerint Spectra, licet *deliberato* interdum studio talia conquisiverint, imo plane provocarint: nam per instantiam regerendo, *falsa* esset argumentatio *exiade* existentiam DEI & Diaboli abnegare velle, quia sub multis malis jurationibus pœna Dei & Diaboli provocata fuit, quæ tamen haud consecuta est: Neque *melancholicorum & timidorum* hominum *phantasia* Spectrorum non existentiam probant: uti minime negandum, quod posterioris indolis homines *mira* sibi præfigurare possint *phasmata*, siquidem aliqui illorum *eo* plane provocant, quod cum *Diabolo colloquium* instituerint & *pactum* iniverint *vid. D. D. Præsidis Jurisprud. Medicæ Parr. II. cas. 21. Speneri Theol. Ved. Parr. II. cap. 5. arr. 2. Sect. 18. p. 776.* Quare facile ex prædictis inelarescet, quod, dum brevibus indicavimus, quid Spectra sint, (siquidem non entium nulla essent prædicata) subinde existentiam Spectrorum *adseramus & defendamus.* Hæc Spectrorum existentia *quatuor* firmis *argumentorum* fontibus probari potest, videlicet primo *Ratione*, secundo *Revelatione*, tertio *Observatione* & quarto per varia probata testimonia *Confirmatione*: hunc ordinem itaque observabimus & primo loco ex *Ratione* hanc Spectrorum existentiam demonstrabimus: *presupponimus* vero antea existentiam angelorum *honorum & malorum*, quam hoc loco fusius & ex instituto probare haud temporis & instituti ratio postulat, de qua consideratione tamen egit *B. Gerbardus Loco de Angelis. Brochmannus*

mannus de Angelis, Chemnitius de Angelis, Fornerus de Ang.
 Joh. Gerhardus in Angelologia Sacra. Lutherus in **Predig-
 ten von den Engeln**, Buadeus in Theol. dogmatica Lib. 2 c.
 2. Joh. Clericus in Pnevmat. Sect. 2. Joh. Beyer disp. an angelo-
 rum existentia e solo lumine Naturæ possit demonstrari. Ma-
 nnius Angelographia ex Theologia naturali. Mylius doctrina
 de Angelis bonis & malis. Masius disp. de existentia demonis
 quatenus a naturæ lumine innotescit & multi adhuc alii:
 Existentia itaque Spectrorum sequentibus confirmari pot-
 erit rationibus & demonstrationibus: 1) dantur angeli
 mali, qui non nisi mala machinantur & operantur: 2)
 hi contra Deum, regnum Dei & homines semper mala
 intendunt: 3) qui proinde hominum internos & externos
 sensus occæcare possunt, 4) hominibus seorsim varias
 illusiones proferunt & inter has etiam tales, qui in sen-
 sus hominum externos incidunt: 5) est itaque in horum
 angelorum potestate operari in corpora, corporibus diver-
 sis se insinuare & cum iisdem operari, etenim ex eo illis an-
 gelis, quia spiritalis sunt essentiæ, non denegata est vis & e-
 nergia in corpora; siquidem hæc communio non pugnat cum
 ratione, quod inter immateriale & materiale detur commercium:
 6) ob id mali illi angeli varias ineptas & ad illu-
 siones & suggestiones suas spectantes corporum figuras sen-
 sibus hominum offerre possunt, 7) quid quod cum variis
 corporibus diversos effectus, in auditum & olfactum inci-
 dentibus, producere valent, quia tanquam angeli infe-
 riorum, videlicet materialium, subiectorum relationes fa-
 cilis intelligunt: quod si enim in dignioribus & mayo-
 ris momenti negotiis, videlicet in idealibus, moralibus
 & spiritalibus mali angeli activitatem suam perficere
 poterint, quidni in minoribus potestatem suam exercere
 valeant: 8) in hac inquisitione argumentatio a posse ad
 esse sanæ rationi non repugnat, nam si diabolus potest
 tales larvas formare, ita ratio status Cacodæmonis requi-
 rit, quo actu talia perficiat, siquidem 9) tales representa-
 tio-

tiones constanter hominis *perniciem* & animi atque cor-
 poris damnum concernunt, adeoque *malorum* angelo-
 rum *scopum* promovent: 10) si itaque homo *sanae* mentis
 tales *visiones* & perceptiones experitur, quæ communi-
 ter & *animo* & *corpori* sunt nocivæ, tunc facile conclu-
 dere licet, quod eadem ad *infernalis* hostis regnum
 pertineant & per consequens etiam acti *existant*: 11)
 neque etiam sic dicta *ingredientia* ad Spectrorum *forma-*
tionem deficiunt: sic enim quidam artifices *diversorum*
 ita dictorum elementorum ope *talia phænomena* produ-
 cere possunt, quæ *imperitus* & credulus homo *incanta-*
mento adscribit; quidni diabolus *enaturæ* regno tales *ma-*
teriales substantias *congerere*, commiscere variisque *mo-*
uum gradibus afficere poterit, ut ejusmodi *phasmata*
 inde emergant: haud enim diabolus *subjecta*, tota sua es-
 sentia *sensuali* externa perceptione aliena, *sensibilia* red-
 dere potest, siquidem rerum naturam *immutare* ipse haud
 valet, interim *subjecta* in *simpliciori* sua qualitate, *sensi-*
bilis haud obnoxia, ita *disponere* potest, ut in sensus dehinc
 illa *facilius* incidant: quare *larvæ*, quas homines interdum
 conspiciunt, non sunt omnimode *nihilum*, sed
 quandoque *subtiles* *materiæ* *ab extra* ita *congeri* possunt,
 ut talia *phænomena aërea* constituant, quæ subtili modo
constata, eadem ratione subito *discuti* & evanescere pos-
 sunt: 12) neque *materiæ*, ex quibus phasmata talia for-
 mantur, tali *extraneæ* modificationi *resistunt*, sed actioni
 & *directione boni* & *mali* angeli, sub *divina* permissione
 obtemperant; quare natura, ita dicta, non repugnat, sed
 diabolus pro suis technis & artificiis ita in *materias* ope-
 ratur ac homo pro suis *invenis* atque scopis *materias* ta-
 les variis *motuum gradibus* instruere potest: quæ *dodecas*
Rationum pro demonstranda *Spectrorum existentia* hoc lo-
 co sufficere potest. Conferantur pro illustratione præsen-
 tis demonstrationis, quæ in *disp. de Potestate Diaboli in cor-*
pus humanum proposita sunt,

Præterea Spectrorum existentia ex Revelatione erit demonstranda; hæc probatio ex variis S. Codicis locis & conciliationibus sive Hermenevtica proferri potest: Accessus diaboli ad Evam, quo serpentis corpore usus fuerat, spectrorum existentiam quadantenus confirmare adjuvat; si enim Cacodæmon naturalem serpentem ad corruptionem Evæ usurpavit, facile colligere licebit, quod inter hanc & illum intercesserit extraordinarium commercium, unde proximior conversatio & actualis compellatio; imo fraudulenta persuasio a Diabolo, teste eodem S. Codice, provenit: si itaque semel diabolus corporeis instrumentis ad perdendos homines usus fuit, quidni id ipsum frequentius perficere poterit: si id diabolus in casu & causa principaliori, videlicet ad provocandum hominum lapsum, præstare potuit, quidni id ad conservationem hominum sub lapsu exequi poterit: ob id etiam diabolus tanquam primus impostor in S. Scriptura antiquus serpens & draco appellatur, siquidem idem stygius hostis inter Ethnicos illusiones & seductiones suas in forma serpentis & draconis exercuit. Ob id etiam iustissimus Deus plagas & comminationes suas immisit serpentibus executus est. Num. 21. v. 6. Eccles. 10. v. 8. Jobus 20. v. 16. Jerem. 8. v. 17. Amos. 5. v. 19. c. 9. v. 3. Mich. 7. v. 17. Syr. 10. v. 13. Matth. 23. v. 33. Apoc. 9. v. 19. Uti vicissim tanquam symbolum divinæ virtutis & gratiæ allegatur æneum serpentem intueri. Num. 21. Et. 35. v. 7. serpentum virulentos morsus superare. Marc. 16. v. 17. & Luc. 10. v. 19. serpentes calcitrare: Accedit Spectrum Endoreum, dum vatidica larvam illam, Samuelis corpus præsentantem, Saulo obtulit r. Sam. 28. v. 7. de quo (ita Tossanus in v. 14. commentatur: Saul hatte das Gespenst nicht gesehen, gleichwohl bildet er ihm ein, es sey der wahre Samuel, dieweil er aus gerechtem Urtheil Gottes verblindet war, daß er sich also schändlich durch die

Wor

IV 2



Worte der Zauberin verfahren und betrogen ließ: oder nach dem dieß Gespenst zum ersten dem Weibe erschienen, hat es sich auch zu Saul genahet, welcher die Gestalt Samuels erkennet hat: Saul erzeigte diesem Gespenst Ehre und Reverenz, als wenn es der wahre Samuel wäre gewesen: also hat er, von dem Teufel, durch die Zauberin betrogen, den Teufel an statt Samuel geehret, welches der Teufel suchet bey denen, die ihn Rath fragen. Quod phasma, quomodocunque etiam Diaboli & spectrorum defensores per speculationes suas contorqueant, manebit tamen *illusio Satanae*, adeo, ut *refugia*, contrariam sententiam, videlicet spectrorum *non existentiam* assumentia, haud operoso labore discutienda nobis videantur; etenim Saulus, utpote Rex intrepidus, sed ut plurimum audax, nunc vero ardore bellicoso accensus, a vetula illud subjectum, quod offerri desideravit *effeminata* deceptione forte praesentatum, haud tanto animi stupore advertere potuerit, ni placuerit contra omnem rationem Saulum *melancholicum* praesumere, aut tantis terribulosis ideis occaecatum credere, ut facile sibi illum *imaginari* potuerit, cujus renovationem e cineribus a vetula petiit; quod *suppositum* vero adhuc erit demonstrandum; interim illud firmo adseveramus animo, quod S. Scriptura hanc historiam haud tantis circumstantiis tam perspicue consignaverit, si in Saulo ulla *falsa imaginatio* hujus visionis causa extiterit, cum tamen in praecedentibus *curatori* stylo annotatum sit, quicquid cum Saulo contigit, quando Spiritus Domini ab eodem discessit: plures annotationes contra sinistras hujus historiae interpretationes & contorsiones hoc loco proponere haud lubet: *conf. B. Lutheri Tisch. Reden cap. XI.* Proinde vero Christi *discipuli* spectri *apparitionem* metuebant, dum Dominum suum, in alto aquae ambulantem, conspexerant *Marc. 6. v. 49.* aut ubi eundem suum Magistrum post resurrectionem clausis januis ad ipsos acceden-

D

den-

dentem videruat *Luc. 24. v. 37. 39.* quam tamen *opinionem* Benedictus Servator, qui lux & veritas est, non *refutavit*, neque *spectrorum non existentiam* indicavit, id quod tamen pro sua *sanctitate* significare debuisset, si *sententia* de spectris omnimode *falsa*, adeoque a veritate aliena fuisset, siquidem ipse *aberrantes suos* discipulos semper in *melioem* viam manuduxit: quin *rectius illum* discipulorum suorum *errorem* correxerit, quod ipse non sit *spectrum*, dum suis discipulis *visibili* nunc apparuit corpore, nam spiritum non carne & ossibus esse praeditum affirmat: hac vero assertione *non negat*, quod *spiritus* nullum *commercium* habere possit cum *materia*, illud tantum ex hac correctione colligere licet, quod spiritus *talis*, qualem expavescebant discipuli, non *per se* ossa & carnem habeat, neque sua vi ossa & carnem *genuine* formare queat: Et quid *prestigiatores* & *incantatores Aegyptii* per suas incantationes *aliud* fecerunt, quam *variatica Endoræa*, dum illi talia spectra produxerunt, quippe minime Moysis & Aharonis *sensus* occaecare potuerant, sed *baculum* suum in serpentem immutarunt: hæc immutatio *non a DEO*, neque *ab hominibus*, ergo a *diabolo* sive angelis *malis* provenit, siquidem Jannes & Jambres, qui obstiterunt Moyli, homines *mente corrupti* & reprobis quoad fidem erant. 2. Tim. 3. v. 8. quare membra & *ministri diaboli* fuerunt, qui operi divino *resistebant*, adeoque illorum *prestigie* magis pro *demoniis*, quam *physicis* actionibus æstimandæ sunt: neque denique oblivioni tradendum est, quod ipse diabolus cum diversis *larvis* & *horridis* figuris *Christo* Salvatore in deserto apparuerit, suasque *temptationes* contra ipsum machinatus fuerit; ubi iterum lepidum esset refugium, nude *spiritualem* Satanæ accessum ad Salvatorem ominari & interpretari velle, in quo omnia *regna mundi* & *gloriam* eorum *Christo* in hoc extremo & infimo *extinatio-*

nitionis statu ejus vix *monstrare* potuerit: si itaque Benedictus Salvator secundum *Luc. 4. v. 2.* quadraginta dies a diabolo tentatus est, cum esset in deserto cum bestiis secundum *Marcum 1. v. 13.* hinc Theologi, bono fundamento instructi, tales *demonicas visiones*, quæ Christo sub hac diuturna tentatione contigerunt, fuisse existimant: Hoc & aliis argumentis utitur *B. Spenerus* quando in *Septem Theol. Heb. Part. 1. cap. 1. Sect. 37. p. 219.* confirmare vult, quod diabolus illusionem suam aliquando *animarum* apparitionem simulet, si ita concludit: si diabolus adeo *impudens* fuit, ut Deo in testimonio Jobi *alloquatur*, ut a Christo genuflexionem & adorationem peteret, eidemque omnem mundi gloriam promitteret, ut in forma Christi aliis appareret, ita æque ipse *animam* hominis simulare potest: Præterea ex *obsessione corporali*, qua Diabolus homines affecit, probare possumus, sub *authoritate* S. Codicis dari utique spectra: si enim diabolus *corpus animatum* occupare variisque *motibus* afficere potuit, quidni *inanimata* corpora variis motuum gradibus instruere & ad tales *technas* adhibere poterit? hæc conclusio *majori* pollet robore, dum a *majori ad minus* directæ fuit: singulis hisce testimoniis accedit locus, qui *Sapient. 17. v. 3. seq.* continetur: *existimantes se latere in occultis criminibus obscuro oblivionis velamento dispersi sunt, expavescentes graviter & simulacris perturbati: neque enim, quæ continebat eos spelunca sine timore conservavit; sane vero perturbantes eos circumstrepebant & phasmata tristia flebilibus faciebatur apparebant: & ignis quidem nulla vis valebat illuminare, neque astrorum lucida flammæ illuminare sustinebant densam istam noctem: perluxit vero illis tantum ultronea pyra timore plena; exterriti vero ea, quæ non videbatur, visione putarunt pejora esse ea, quæ videntur: hoc testimonium illo argumento rejicere velle, quia ex Apocrypho Libro petitum, villioris & vix attendi*

dendi est tenoris, quoniam ex eodem fundamento plurimorum hominum & eruditorum præcipue asserta omni fide carerent; Et hæc sunt illa testimonia, quæ pro nostra æstimatione & meditatione ex *S. Scriptura* ad probandam Spectrorum existentiam quadrare, *satisfacere* & sufficere poterunt.

§. VIII.

Quod Spectrorum Existentia neque Rationi, neque Revelationi contrarietur, sed utriusque suffragio gaudeat, hæctenus annotatum fuit; tertius itaque jam *probationis* fons excipit, quo eadem existentia insuper ex *Observatione* demonstrari potest: quam *amplius* vero in hoc argumento patet campus ex multis *exemplis* veritatem talium phasmatum probare, tam *solicita prudentia* requiritur, ne *omnes* relationes aut promiscue *affirmemus*, aut indiscriminatim *negemus*: utrumque ob *prejudicium* facile contingere potest: inde vero minime sequitur, quod illi, qui Spectrorum existentiam adstruunt, *timidi*, aut aliquo *prejudicio* occæcati sint homines; æque ac alii, qui illorum existentiam negant, minime illo *sapientiæ* luxu tumidi & velut *dictatores* hujus doctrinæ videri possunt, quin altera etiam pars audienda fuerit: quare iterata *præcautione* indicamus, quod *plurimæ* quidem historiæ de spectris a veritate alienæ, *aliquæ* tamen eidem omnino conformes existant: *omnibus credere & nullis credere, utrumque vitium est*; quare quælibet historiæ probe sunt examinandæ: dantur omnino *fide digna* testimonia, quæ quoad *singulas* circumstantias Spectrorum *veritatem* probant: non enim sufficit in hac doctrina *nudis dubiis* ludere, sed eadem aut resolutione aut correctione solida emendare convenit: unde *Masius* in disp. superius citata contra *Vagedes* *disputationem de apparitione spirituum* idem urget, siquidem veritas minime talibus *scepticis* oblocutionibus eruitur: quare
non

non male *Mafius* cap. 2. l. c. provocat ad illos, qui *intrepidi, circumspēcti & pii* homines fuerunt, qui *ipsi tamen* ejusmodi spectra *conspexerunt*: pii enim non habent, quo spectra expaveſcant, ſi etiam ipſorum *ſenſibus* ſe obtulerint; quamobrem *temerarios & ſimul præjudicioſos* homines a *cordatis & conſtanti animo præditis* ſubjectis diſcernimus: non deſunt *D. D. Præſidi* exempla virorum, qui ſpectra *auditu & viſu* perceperunt: inter illa ad exemplum *B. ſui Parentis*, viri animo & corpore perquam alacris & ſubinde judicioſi provocat, qui intrepida mente præditus fuerat: hic cum *Hilpolſteina* Paſtoratus officio fungeretur, in domo Paſtoris non ipſe tantum, ſed dilecta ejus conjux, domeſtici & aliquando extranei hoſpites ſpectri invaſiones, variasque efficaciſſimas illuſiones obſervarunt, de quarum veritate dubitandi nullæ circumſtantiæ permittebant: quid quod ipſe ego Præſes, qui cæteroquin in hac ſpectrorum doctrina valde *dubius, ſollicitus & circumſpectus* fui, Deo ita permittente, *plus una vice* ſpectrorum illuſiones expertus ſum, quas ut impoſterum divina providentia a me avertat, devoto affectu precor: interim quilibet, *ſenſuum ſuorum com- poſ.* facile ſignificare poterit, an *error in phantaſia & judicio*, an vero *actuſ* talis dæmonica obtigerit illuſio: *impudentiæ* enim & petulantæ character eſſet, alicui, qui *videt & audit* perſuadere velle, quod *non videat & audiat*, ſed quod talia ſibi *imaginetur*, neque omnes circumſtanti- as curatius exploraverit, cum tamen interdum tales circumſtantiæ præſto ſint, quæ omnem fraudulentam humanam illuſionem declinant: Quare *Erasmus Franciſci in Deſcriptione Carinthiæ & Carniolæ* (quem locum etiam allegat *Tenzel in Monatl. Unterredungen Anno 1690. Menſe Novembr. p. 1049. 1050.*) ſequentem modum eruendi veritatem in indagatiōe ſpectrorum proponit & commendat, (qui modus quadantenus convenit cum conſilio, quo *Daniel* in Libro *Bel Babylonæ* detexit Sacer-

doctum fraudes) Meines theils halte ich dieses vor das behendeste und geschwindeste Mittel der Unterscheidung und Erkantnis, daß man nur den Geist in einer frembden Sprache frage, was sein Begehren sey, und auch sonst noch weiter in der ausländischen Sprache ihn anredere: dann woferne er ein Geist ist, wird er in derselben Sprache antworten: giebt er aber in einer andern Sprache Antwort, so ist er kein Geist, sondern ein lebendiger Mensch: will aber der Geist nicht reden, so kan man den Boden mit Mehl oder Asche bestreuen, auch Thür und Fenster mit einem Faden überspannen und verpegeln: ist es dann ein rechter Geist, so bleibet alles zu und wird mans am Morgen ganz unversehrt in dem Stande wieder antreffen, darinnen mans den Abend zuvor zugerichtet und gelassen hat: *Et quis singulis bonæ famæ personis ob scientiam & præjudiciosam negationem existentia spectrorum, omnem denegabit fidem! ut nihil dicamus de illis, qui olim pertinaciter hanc existentiam in dubium vocarunt, qui vero cum horrore de veritate illius sine adhibita fraude certiores redditi fuerunt, ut exemplum de Martino Schoockio, Professore Francof. aliisque constat: quare de veritate hujus observationis haud promiscue dubitamus, sed eandem prudenti scrutinio commendamus. conf. Erasmi Francisci Höltscheri Protheus, qui auctor, quantum mihi Præsidi sub peculiari conversatione innotuit, valde judiciosus neque superstitiosus vir fuit.*

§. IX.

Tandem etiam Spectrorum existentiam *Confirmatione*, Assensu & Suffragio *Autorum* probare possumus: Et licet vulgo in tanto dubio versantes *Critici* auctoritatis consensum *ægrius* admittant, tamen hic locus & fons probationis extra omnem *dubiuationis* aleam positus esse potest, quando *priores* fontes probationum una *conciliantur*: Ucut vero *multitudo* illorum, qui Spectrorum existentiam *affirmant*, perquam *ingens* est, tamen hoc loco in recensendis singulis huc pertinentibus auctoribus minime operam impendere possumus, ob id brevitati studere placet: de celebri *Puffendorffio* olim traditio circumferebatur, quod spectra *negaret*, qui vero
in

in Epistolio quodam ad amicos in Germania dato, tali ad-
 ferto suam declaravit mentem: quod quidem nunquam
 conspexerit spectrum, neque etiam ullum tale videre affecta-
 ret; presumeret interim, multa ab imperitis ob nocturnum
 pavorem, aut loci obscuritatem, aut ob intercurrentem frau-
 dem, fingi: ipse tamen pro reveritate aestimat, quando om-
 nia in hac disquisitione rejiciuntur aut negantur: De
 Glauvilio constat, quod ex instituto in Saduceismo tri-
 umphante Spectrorum existentiam contra Websterum de-
 fenderit & ex apparitione Angelorum bonorum & malo-
 rum, ab energumenis, ab exemplo Magorum Aegyptiorum
 & Spectri Endorai illam demonstrare conatus fuerit: ubi
 occasione energumenorum s. a Diabolo obsessorum ho-
 minum, ita concludimus, si diabolus in crassum corpus
 humanum activo influxu operari potest, quidni poterit
 cum subtilioribus materiis actuandis commercium habere
 & vi hujus concursus varias homini figuras variosque
 strepitus offerre, quæ argumentatio iterum majoris exi-
 stit valoris, dum a majori ad minus concludit: Præter-
 ea cumulus Idolorum inter Ethnicos firmum suppeditat
 testimonium, quod Cacodemon cum variis larvis & cor-
 poribus vario modo commercium iniverit & miseros
 homines hæc infernalibus illusionibus circumduxerit:
 Quando porro B. Lutherus variis locis, præcipue in *der*
Kirchen Postill. P. Epiph. p. n. 253. Fest. II. Paschat. p. 477.
& Domin. I. post. Trinit. p. 734. 735. Spectrorum mentio-
 nem injicit, eorundemque existentiam concedit, insu-
 perque indicat, quibus armis christianus contra tales
 illusiones Satanæ uti debeat, tunc minime intrepidum
 hunc virum, aut superstitione Papatus, aut quadam imagina-
 tione occæcatum fuisse credimus, qui potius omnibus
 Satanæ tentationibus firma, constanti & christiana fide
 roborato animo se opposuit, adeoque facile agno-
 scere potuit, an doctrina de spectris sit fabula & su-
 perstitio Papalis, dum alioquin errores tales sine ulla
 antro-

antropophobia detexit & magno zelo redarguit: quare eundem pro *fide digno* provocamus teste: *conf. Ejust. Tisch, Reden cap. XI.* Proinde peculiari studio Spectrorum existentiam probavit Kirchmeyerus *disp. de existentia spectrorum: conf. etiam Romanus in disp. an dentur spectra. Beckerus in Spectrologia. Schererzius de Spectris*, ubi variae considerationes pro hujus thematis ventilatione occurrunt: Porro B. Spenerus præter supra allegata testimonia in *der Lauterkeit des Evangel. Christenth. Domin. Oculi p. 506. b.* tale testimonium profert: So sind auch noch zu allen Zeiten Exempel von Geistesern gewesen: zwar bekenne gerne, daß die meiste Erleuchtung davon, entweder eigentlicher Betrug, oder bloße Einbildung furchtbarer Menschen oder Fabeln gewesen, indessen können doch nicht alle wieder allen Historischen Glauben mit ziemlichem Schein aelzugnet werden: daher hat man ja nicht in solcher Materie leichtglaubig zu seyn, aber doch nicht alles bloß dahin zu widersprechen: daß sich aber der Teufel von vielen, die ihn ausdrücklich suchen, nicht sehen lassen, mag er seiner Bosheit gemäß, Ursach haben, und siehet er gern, daß man dergleichen, ja insgesamt, daß ein Teufel sey, nicht glaube: & quando idem author in *der Glaubens Lehr p. 343.* testatur, quod Angeli boni & mali corpora assumant, tunc Spectrorum existentiam minime negat: Subinde Spectrorum existentiam *veram* declarat *Buddeus in Theologia dogmatica Lib. 2. cap. 2. p. 422. 423.* nec non author *obsery. in A. N. C. dec. 3. an. 8. app. p. 127.* Sed dum hæc Spectrorum defensio contra *negantes*, *plura* testimonia pro *affirmativa* possideat sententia, ita in producendis talibus suffragiis, non diutius immorari lubet, illud interim adhuc annectendum esse nobis videtur, quod in *copiosa* illa testimoniorum farragine æque *judicio* opus sit, ne aliqua *credulitas*, fallacia causæ, superstitio & præjudicium *authoritatis* intercidas: interea si prædicti *argumentorum* fontes, cum præsentis conciliantur demonstratione, haud veritas existentiae Spectrorum nobis agnitu difficilis videtur: de hac existentia Spectrorum

rum *conf. denique Diemerbræck, annotatio in Libri quarti de Peste historiam sextam.*

§. X.

Hactenus variis argumentis Spectrorum existentia probata fuit: nunc brevibus adhuc Diaboli *illufiones* in *producendis Spectris* ita inquiremus, ut significemus, quibus *modis* atque *locis* Spectra talia homines prosequi & ex parte gravem *terrorem* iisdem causari queant, dum malorum angelorum varii sunt *ordines* & cohortes, ita à sana ratione haud abludivit, quod varii *varia machinentur*: hinc Bened. Salvator ipse inter dæmonia discrimen adesse confirmat, dum asserit Matth. 17. v. 21. *quod hoc genus non exeat, nisi per preces ac jejunium: & Marc. 5. v. 9. interrogavit Spiritum immundum, quod tibi nomen, qui respondit, dicens, Legio nomen est mihi, quia multi sumus. conf. Luc. 8. v. 30. inde falsa judicamus somnia Beckeri, Dailonii & Bidelli, qui tantum unicum Diabolum cognoscunt, quem propterea Cloppenburgius Tom. II. opp. p. 495. confutavit: Neque proinde negandum est, quod adhuc diabolus suas suggestiones & illufiones exerceat, quare Gisb. Voetius de *Magia* quæstionem ventilat, *an diabolus post adventum Christi in carne per Spectra evigilantia, maleficia magica, homines præsertim christianos infestare possit, conf. etiam Rappoltus in Comment. ad 1. Joh. 3. v. 8.* ob id adferimus, quod Diabolus *possit* æque ac *soleat* hominibus illudere *figurativis* objectis, nunc *horridis*, nunc *simulatis amænis* apparitionibus, quare secundum apostolum 2. Cor. XI. 14. angelum *lucis* simulare & in hoc posteriori schemate etiam DEUM laudare potest, de qua simulatione tamen B. Lutherus Tom. IX. Altenb. fol. 76 a. asserit: *wann der Teufel Gott den Herrn lobet, so hat er gewiß ein Scheer Messer in der Hand, und gedencet dem Menschen die Rähle abzuschneiden. conf. Speneri letzte Theol. Ved. Part. I. cap. 1. Sect. 37. p. 217.**

E

hinc

hinc ulterius affirmamus, quod Diabolus *conspectui* hominis *varias larvas & diversa objecta* presentare possit: siquidem *actionem spiritus* in *materiam* nondum ullis solidis argumentis destructam invenimus; secundum hanc qualitatem *Cacodæmon* v. g. ex *airè & aliorsum etiam varias materias* congerere potest, quas pro suo infernali *artificio* ita *combinare & continere*, nec non *oculo humano presentare & offerre* valet, ut *diversa inde compareant figurae*, atque *varii coloris objecta*: si enim concedendum est, *diabolum corpora crassa motibus* affecisse, velut *obsessione corporali* in hominibus, *deturbatione gregis suum in mare*, *devastatione domicilii* in historia *Jobi &c. &c.* quidni concedendum & agnoscendum fuerit, eundem in *subtiliores materias activa modificatione* influere, hincque *varias configurare larvas*, id quod partim in precedentibus, partim in *disp. D. D. Praesidis de Potestate Diaboli in corpus humanum* demonstratum fuit: Talis apparitio *duplici modo* contingere potest, *uno*, quando *ab extra* Diabolus *tales larvas oculis* presentat & *objicit, altero*, quando ipsos hominum *oculos aliosve sensus corrumpit*, ut *falsas tales figuras* conspiciere aut percipere sibi persuadeant, aut quando hominum *phantasiam invertit*, turbat & confundit, ut *taliam terribilia objecta* conspiciere existiment, quæ tamen *nulla sunt exquisita realia objecta*: quare in *Melancholicorum* visionibus non raro hic *insensus stygius hostis suam energiam & synergiam*, subinde etiam *illusiones & machinationes suas* exercet: *Idem etiam contingit*, quando *varii strepitus atque sonitus* a diabolo *auditui* communicantur, quod vulgo *das Woltern und Rummern der Gespenster* audit, quibuscum iterum hominum mentem *pervertere* contendit *Satanas*: neque quidem ab ipsius potestate *alienum* est, ut in *airè* talem *motum* concitet, quem homines *actu* percipiunt, neque percipisse sibi tantum *imaginantur*, siquidem

quidem diversa commotio & vibratio aëris, diversi subinde sonitus causa existit, qualem iterum Diabolus pro generali sua energia, qua corpora actuare potest, perinde perficere & producere valet & id quidem tanto facilius, quo minus hic motus in aërem & cum aëre crassus, sed quo magis ipse subtilis est: proinde etiam hæc perceptio ominosi strepitus imaginaria esse potest, idque iterum ex energia & illusionem Satanæ: Neque porro cum sana ratione pugnat, quod idem Cacodæmon cum hominum reliquo tactu & contactu commercium habere queat, quando nonnulli sensum frigoris aut ardoris percipiunt, dum a Spectro talem contactum perpeffos se esse judicant: si enim Diabolus in & cum aëre varia objecta visui præsentare & diversos strepitus auri afferre potest, quid ni poterit cum aëre & frigoris & caloris motum imitari, eundemque corpori hominum communicare: Unde demonstratu difficile haud est, quod infernalis ille artifex varii etiam odoris effluvia congerere & vel foetidis, vel plane suaveolentibus exhalationibus se prodere queat, siquidem aër & universus mundus visibilibus talibus materiis, ad diversos odores conciliandos, idoneis, abundat, in quas operari, diabolo non impossibile est, vi illius cardinalis argumenti, quod ipse in corpora agere possit, deinde quod in scientia naturali non inscius sit, (conf. B. Lutheri Tisch. Reden cap. XI. ubi varia de hac scientia Diaboli proponuntur) & quod deniq; semper in spiritualibus & corporeis influxibus adversam & perniciosam suam indolem probaverit: quod ita Diabolus factorem producere possit, id inter veteres velut ad paroemiam ansam præbuit, qua disserabant: graveolens ut avernus; vid. Drexelius Rog. Danmat. c. 5. p. 72. de hoc foetore Cacodæmonis & Spectrorum vid. Godelman. de Mag. Venef. & Lam. Lib. 1. c. 3. n. 8. 9. Garmanus de mirac. mort. Lib. 2. tit. 8. §. 16. 50. sed quoniam de hac potestate diaboli per spectra in corpus humanum

adhuc pluribus differendum erit, ita hoc loco brevibus annotamus, quod *variis* in locis Diabolus *insidias* & illusiones suas fruuere queat: quare existentia Spectrorum *Subterraneorum* rationi non repugnat, de quibus egerunt *Langius Lib. 2. ep. 35. Baribolimus Act. Haffn. Vol. 2. obs. 7. p. 12. Garmanius de mirac. mort. Lib. 2. tit. 10. §. 9.*
Christ. Lehmann Historischer Schau-Platz der natürl. Merckwürdigkeit der Meißnischen Ober-Ertz-Gebürge Vte Abtheilung cap. 7. Von Berg Gespensten: Albinus Meißnische Berg Chronick, Crausius in program. citato: neque rationi contrariatur, quod diabolus per Spectra in *aquis, sylvis &c.* hominibus maxime sit *inensus*, liquidem ipse tanquam perpetuus DEI & hominum adversarius ubique locorum suas perniciosos machinationes exequitur: (Quo referri merentur *B. Lutheri verba in der Hauff Postill auf Michaelis-Tag p. 100.* das hat E. L. offft gehöret, daß der Teufel allenthalben um die Menschen ist, an Fürsten-Höfen, in Häusern, auf den Feld, auf allen Straßen, in Hölzern, in Feuer, da ist alles voll Teufel, die thun nichts anders, als daß sie gern jedermann alle Augenblick wolten den Hals brechen: und ist gewiß wahr, wo GOTT dem bösen Feind nicht ohn unterlaß wehret, er ließ nicht ein Körnlein auf den Feld oder auf den Boden, nicht ein Fischlein in Wasser, nicht ein Stücklein Fleisch im Doyff, keinen Tropffen Wasser, Bier oder Wein im Keller unvergiftet, item ließ nicht ein gesund Glied am Menschen. Darum wann es so gehet, daß da einer ein Aug oder Hand verleiuret, dort einer gar erwürger wird, oder der die Pestilenz, dieser eine andere Krankheit krieget, das sind eitel Schläge und Würffe des Teufels; Der wirfft hie einem, da dem andern nach dem Kopf, trifft er, so hat ers, trifft er aber nicht, so ist ein gewiß Zeichen, daß GOTT ihm durch die lieben Engel gewehret hat: & porro ibidem pergit: Dann es ist ein steter Kampf, zwischen Engeln und Teufeln; der Teufel wolt gern alles Unglück anrichten, wie wir täglich sehen und erfahren, daß mancher ein Bein bricht, auf ebner Erden, mancher fällt eine Treppen oder Stiegen ab, daß er selbst nicht weiß, wie ihm geschehen ist: Solches und anderes würde der Teufel wohl immerdar anrichten, wann GOTT nicht durch die lieben Engel wähet. *conf. Ejusd. Tisch. Reden. cap. XI. passim.*)
 ubi tamen iterata vice *fabulosas* narratiunculas, quæ
 in

in hac consideratione intercedunt, merito *excludimus*, quæ interdum sub nomine *der Wald und Erd Wännlein, Wasser-Nixe*, &c. circumferuntur: interim ob alia *figmenta* reliqua *veritas* destrui & *negari* non potest, quemadmodum *Satanas* tentationes suas *Christo* obrulit in *deserto*, in *templi cacumine & monte*: hinc *Mengering* in *informar. Conscient. Fests. III. Pascharos qu. 2. p. 275.* ventilavit quæstionem, cur *loca etiam publica a Spectris infestentur*: ob id passim eruditi *spectrorum* differentias proposuerunt & explicarunt *conf. A. N. C. Dec. 3. an. 6. obs. 101. in scholio*: Sicut itaque *variis modis* hic infernalis *humani generis hostis* illusiones suas exercere potest, ita ipse etiam in *diversis*, maxime vero talibus locis *perniciosa* sua artificia exercere valet, quæ alias *periculosa* & secundum *naturalem æstimationem terribilia* existunt: propterea etiam *Diabolus* aliquando ad illusiones suas *naturalibus* uti potest *phenomenis & meteoris, velut igne fatuo, dracone volante &c.*

§. XI.

Nunc nonnullas quæstiones ex hac *Spectrologia* ad *usum medicum* propius spectantes proponere & ventilare placet & quidem primo in *genere*, an *Spectra* hominibus *noxam* afferre queant: ex *premissis* itaque considerationibus facile liquet, quod hanc quæstionem *affirmativa* decidamus sententia: etenim per *Spectrorum* apparitiones *Diabolus* impiorum *animum* pervertere & *conjuncto* terrore, tremore atque angore *varios animi morbos* causari potest, ut *melancholia, mania & stupor* mentis inde ortam trahere queant; quid enim *panicus* terror valeat ad *confundendum* *animum*, abunde in foro medico cognitum est: & si ex *simplici imaginationis* vi tantæ mentis *perturbationes* oriuntur, quidni *activa* sensuum *perversio & occæcatio*, a *Diabolo* per *spectra* commissa, tanto magis *varios pertinaces animi morbos* provocare poterit

terit; Scorsim vero notandum est, quod ejusmodi morbi
rationis, a *spectrorum* apparitione orti, eo *graviores* exi-
 stant, quia *terror improvisus* inde natus & *subitaneus* at-
 que *imperiosus* est: communis enim illa *animi perturbatio*
 est affectio, quod *præcipiti* & *inopinato* suo ortu *de-*
teriores, præcipue vero *animo* ominosiores inferant *con-*
secutiones: Quod vero *Spectra corpori* perniciem minari
 & *inferre* queant, ne tum quidem dubitamus, dum vel
mediante animo perterrefacto, vel *ab extra* aliis exitiosis
 mediis *œconomiam vitæ & sanitatis* turbare & *invertere*
 possunt: interim iterum *provida discretio* observanda est,
 inter morbos corporis ex *simplici phantasia* perturbatio-
 ne ortos & inter *illas ægritudines*, quæ a *phantasia per*
diaboli frategemata & *machinamenta*, *corrupta* & *depra-*
vata, ortum traxerunt; & quemadmodum *Diabolus sub-*
tili modo, qui propterea vix in *illos externos*, ne tum
 quidem *internos* sensus incidit, *sanitatem* lædere potest,
 uti in *disp. D. D. Præsidis de Potestate diaboli in corpus hu-*
manum demonstratum est, ita per *phantasmata* talia vario,
 ex parte etiam magis *evidenti* modo, hanc *perniciem* cor-
 poris *inferre* valet: Si enim *Satanas* ex *Divino* permissu
 atque *judicio corpora* hominum *immediate* affligere potest,
 quidni poterit eadem sub *larva spectrorum* variis *extraneis*
 subsidiis atque mediis lædere; quare per modum *conta-*
gii humores inquinare, aut *periphericas* corporis partes
 conspurcare & *depravare* potest: ubi *lepida* & *sciola* ef-
 fet illa *quæstio*, unde *cacodæmon* hoc *inquinamentum ma-*
teriale conquirat: si enim *quæstio*, an hoc *perficere* pos-
 sit *diabolus*, *ventilata* & *affirmativa* sententia confirmata
 fuit, tunc *altera* vix ulla *responsione* & *ventilatione*
 digna *consenda* erit, siquidem *de modo fiendi* & *proce-*
dendi non *decernere* potest *intellectus humanus*, neque
 ob *ignorantiam illius* modi *fiendi*, *ipsum factum* *frivole* &
sciole negare possumus, ni *contra* *logicas argumentandi*
 ratio.

raciones & regulas peccare videri malimus: Omnis itaque spectrorum *actio*, sive in *animum*, sive in *corpus* contingat & transeat, *mala est*, unde aut animi, aut corporis perniciosæ inde nascuntur afflictiones; neque unquam *simulatio boni* (quæ in diabolo etiam locum habet) *salutarem* nanciscitur scopum; ob id spectra quomodocunque etiam *bonam* præ se ferant qualitatem, *semper* & animo & corpori sunt nociva: *ut plurimum* vero talium phasmatum apparitio ipsum *animum* *egre* afficit, adeo ut ne ipsi quidem *vere pii* homines ab omni *abhorrentia*, quando ipsis tales visiones eveniunt, liberi sint, quæ subinde facile sub hac causarum *subordinatione* & connexionne aliquam *corpori* afflictionem afferre potest: neque porro *Rationi* contrariatur, quod Diabolus in spectro *subtili* afflatu intra corpus *venenosum* miasma insinuare, adeoque in corpore *fluidas* & *solidas* partes depravare & inquinare possit, testimonio *Jobi*, quem diabolus *ulcere malo* percussit; & si angeli *boni* jussu & permisso divino *infideles* gentes *lethalibus* affecerunt plagis, velut *Astyrios* 2 *Reg.* 19. v. 35. *Ez.* 37. v. 36. & juxta 1 *Chronic.* 22. v. 15. 16. 27. 2 *Sam.* 24. v. 16. ab Angelo *pestis* illata fuit populo *Israëlitico*, quidni Angeli *mali* tanto *facilius* sub eadem divina concessione *afflictionem* hominibus inferre poterunt, siquidem *mala* hominibus inferre *peregrinum* & *secundarium* bonorum angelorum opus est, quod opus vicissim *egre* afficiendi & *offendendi* corpora hominum, *malis* angelis principale potius maximeq; officiosum existit negotium: ut ut vero a spectrorum apparitione, strepitu & qualicunque alia *illusione* ob *animum* vehementer *perterritum* corpori *morbosa* accidunt pathemata, ut inde magis concursus spectrorum cum *animo* eminere videatur, tamen propterea *actio* talium phasmatum *in corpus* hominis non *omni modo* negari potest, quoniam diabolus & *spiritaliter* & *naturaliter* perniciem causari potest: etenim Angeli non
absolu:

absolute a regno nature sunt separati, quibus rectius multam in eodem occupationem concedimus, id quod quidantenus D. D. Preses in sua Physica cap. 1. demonstravit, & B. Arndius in Vero Christianismo Lib. 4. Spenerus Glaub. Trost Feste Michaelis p. 412. & vires spirituales in regno nature passim allegat, ita malis Angelis tanto minus similem occupationem denegare possumus, quo minus & ratio & revelatio contrariantur.

§. XII.

Ordo nunc nostre tractationis pro ratione instituti postulat, ut aliqua *phenomena* inquiramus, an illa a *Spectris* provenire queant, quando eadem etiam a causa *naturali* ortum trahere solent: quare deliberationi subijcimus quaestionem, an Spectra hominum *dorsis* tam *onerosum* pondus injungere queant, ut sub multo *angore* omniumque virium cumulo illud onus aliquandiu & per aliquem semitam tractum sustinere & *ferre* debeant, quod nominant, es sey einem ein Gespenst aufgebuckel, welches man eine Ecke weit hätte tragen müssen. Quod talis praesumptio aliquando nuda *imaginationis*, *angoris* & *terroris* vi nitatur, extra omnem dubitationem positum est, siquidem ob *subitaneum* etiam *imaginarium* terroris affectum contingit, ut singulae *musculose* partes adeo *constringantur*, quo minus membra *ordinariis* motibus affici queant, sed quo totum corpus ita *obrigescat*, ut *onus* ipsi incumbere videatur, siquidem à *naturalis* etiam toni *cessatione* corpora valde *ponderosa* evadunt, ut illi, qui aegrotorum *ministerio* sunt dicati, ex illorum *insolito* onere, vel gravem virium *prostrationem*, vel imminentem *mortem* praesagiant: deinde à toni *arbitrario* augmento corpus *ponderosius* reddi potest, unde certissimum illud eminet *phenomenon*, quod homines se *leviores* & *graviores* reddere queant, prout majori vel minori *pressione* adeoque toni *augmentatione* corpus afficiunt: Quoniam itaque omnis terror & angor talem exitiam

miam fibrarum carnearum *constrictionem* & obrigescentiam caulatur: hinc ex eadem *nuda naturali* ratione *imaginatio* gestati Spectri ponderosi ortum trahere potest: tantam enim *terror* sæpe habet efficaciam, ut hominem *immobilem* & trunci instar rigidum reddat, ob eandem *simultaneam* fibrarum contractionem, quam tonici motus efficaciam *Illustr. D. D. Stahlus in dissert. de motu tonico vitali, de motibus spasmodicis, de mechanismo motus progressivi, de Aestu maris microcosmici* & passim alibi illustravit & demonstravit, quo *Rolsfinckius ord. & meth.com. L. 2. Sect. 3. cap. 105.* consentit. Ex hac vero consideratione nulla *alia* emergit conclusio, quam demonstratio prædicti phænomeni a causa *ordinaria* & *naturali*: an vero *omnis* casus, quo talis onerosa & *oppressoria* Spectri *gestatio* accusatur, *nunquam* a diaboli potentia, sed *semper* a *naturali* eveniat causa, alterius est scrutinii: Ex præcedentibus itaque haud difficulter illucescet, quod *efficaciam* diaboli ad obruendum & *opprimendum* corpus humanum non negemus, ex eodem *cardinali* argumento, quo huic infernali hosti vis operandi in *corpora* nullo solido argumento *denegari* potest: quodsi enim hæc sententia in *dubium* vocari haud possit, tunc non æque *demonstratio* nobis imponi poterit, qua *modum* illum explicemus, quo id perficiat diabolus, siquidem in naturali ordine in multis phænomenis *veritas facti* satis superque luculenta est, cujus *modus fieri* vel *parum*, vel nunquam intellectui humano patefcit, id quod multis, si temporis ratio permitteret, exemplis probare possimus: & quemadmodum Satanæ *profundas* technas neque in *spiritualibus*, neque in *naturalibus* sufficienter introspicere possumus, ita onus *probandi*, quomodo videlicet Diabolus *corpora* hominum tanto *onere* obruere & opprimere possit, nos minime urget & *necessitat*, quoniam a *genere* ad *speciem* facilis patet argumentatio

F tatio

tatio, nimirum si *Diabolus* in corpora agere potest, tunc prædictum phænomenon *Cacodæmonis* potestatem non excludit aut excidit: interim si alicui sententiæ locus patet, non absurdum erit iudicium, quod *Diabolus* ærem ad peripheriam alicujus hominis ita concenirare & comprimere possit, unde unus istud corpori incumbens percipi queat, sicut impetuosa procella, aut præster hominis vires eo usque superat, ut hominem prosternere valeat: neque quidem ad æris compressoriam & condensoriam efficaciam semper tantus imperus aut fortis omnibusque sensibus obvius impulsus requiritur, id quod multa, ex physica *experimentalis* obvia phænomena comprobant, quod itaque naturali modo contingere potest, id etiam sub diaboli *illusione* & directorio etiam eodem modo fieri potest. vid. *Wedel de Spectris cap. 2. p. 24.* et si nullus modus intellectui humano patesceret, quo *Diabolus* corpora hominum onerare posset, exinde tamen minime ipsum factum abnegari potest, quem errorem illi committunt, qui *Diaboli* vires adeo extenuant; qualem falsam & vitiosam argumentationem passim hactenus indicavimus & subinde confutavimus.

§. XIII.

Mentio facta fuit potestatis *Diaboli* per Spectra in corpus humanum & quidem vi compressoria, quam non absolute negavimus; huic considerationi ad latus ponimus illam *Medicorum* disquisitionem, an *Incubus* præter reliquas nude naturales causas, etiam a tali spectrorum efficacia provenire queat? & dum in ventilanda hac quæstione in plurimis casibus simplicem aut imaginariis, aut aliarum naturalium causarum concursum ambabus concedimus manibus, tamen propterea nondum ullam ponderosam deprehendimus causam, quæ in incubo *dæmonis* efficaciam concurrentem denegare poterit: etenim si conceditur, quod hic affectus ab ima-

ginatione ortum trahere queat. tunc eo ipso animæ, ve-
 lut *spiritualis* causæ, vis operatrix in suum *corpus* adstru-
 itur, inde iterum *generice* sequitur, quod *spiritus* pos-
 sit *agere in corpus* & quidem *immediato* quodam influ-
 xu: proinde diabolo, neque ex fundamento rationis,
 neque ex argumento revelationis vis motrix in corpora
 denegata constat, quare iterum possibilitatem illam
 agnoscimus, qua Spectra incubum perficere queunt. *sal-*
va altera thesi, quod quandoque *nude naturali* modo
 atque processu ipse contingere possit: imo adserimus,
 quod *diabolus* si non per *spectrorum* apparitionem, tamen
 aliquando per *imaginationis* corruptionem illum affe-
 ctum provocare valeat: utut enim insignis *terror* illum
 etiam affectum producit, ut quidam homines subito *a-*
phoni reddantur & pectore ad extremum obruantur &
opprimantur, tamen non est, cur dubitemus, quin spe-
 ctra etiam nuda sua *apparitione* talem, in *Incubo* obviam
 pectoris oppressionem causari queant: & quod magis
 est, non reperimus causam dubitandi, quod *diabolus*,
 æque hominibus in *pectore* ac in *dorso* tale onus ex *aëris*
compressione concentrare & congerere queat: si enim ob
subitanæ aëris & tempestatum mutationem talis *asthma-*
nicus affectus invadere potest & solet & quidem in
dormientibus æque ac *vigilantibus*, quidni in posteriori-
 bus *Diabolus* per eandem aëris *modificationem* idem per-
 ficere poterit, quod affectum illum constituit, siquidem
Diaboli potestas in regno naturæ nullibi *enervata*, ne-
 que ejus *potentia* agendi per *naturalia* in *corpus* huma-
 num unquam condigne confutata & denegata prostat,
 quare in hoc phænomeno vires *Cacodæmonis* omni-
 mode negare haud possumus, neque etiam volumus.
 Proinde in hac Spectrologia Medica illa ventilatur quæ-
 stio, an Spectra homines *virulento afflatu* inficere que-
 ant, ut inde *efflorescentiæ* serpiginosæ *malignæ* & in fœ-
 dam

dam *ulcerationem* transeuntes, aut *tumores* ardentes, rubentes & valde dolentes, aut *inflammationes* erysipelaceæ, cum *febre* conjunctæ, aut impetuosa & pertinaces *congestiones*, aut subitaneæ humorum *stagnationes*, *livores* superficiales &c. ortum trahere soleant? Ad hanc quæstionem decidendam iterum præmonendum est, quod prædictæ alterationes etiam a *terrore minus* suspecto originem ducere queant: unde jam *vulgi* est iudicium, quando in naribus aut oris labiis pustulæ quædam efflorescunt, ut *terrorem* accuset, man sey gewiß erschrocken: & tales alterationes a terrore provocatæ, eo facilius in *malignum* & ominosum delabuntur statum & gradum, quando ejusmodi subjecta animi *mollioris*, sensibilibioris & immoderatoris sunt, quando suspecta sanguinis *plenitudine* pollent, quando aliqua humorum *dyscrasia* laborant, quando antehac gravioribus *morbidis* humorum commotionibus obnoxia fuere &c. quemadmodum alias gravis repentinus terror cum angore conjunctus subitaneos insuperque periculosos *morbidos affectus* causari potest: hinc talium morbosarum afflictionum aliquando vanus terror, ex imaginatione ortus, causâ esse potest: sed *stante* hoc asserto, iterum *negari* non potest, quod *Diabolus* in & cum ejusmodi illusionibus atque *Speâris virulentum* halitum adspirare queat: etenim in aère *varia* fluctuant *miasmata*, quæ *corpori* humano ex parte valde *insensa* sunt, horum miasmatum, eorumque *relationis* ad corpus humanum *ignarus* absolute sit *Diabolus*, *nunquam* demonstratum est; nos vero *hanc scientiam* eidem haud *denegamus*: neque etiam *Diabolo* denegari poterit *energia* in *subtiles* tales materias, quas ex aère *congerere* & elastico motu actuare insuperque hominibus *afflare* potest, ut abhinc ejusmodi *damna* oriantur: an itaque angelis sive bonis, sive malis *cognitio* rerum *naturalium* ita *abscondita* sit, vix ullo,

ullo, aut ex *rationis & revelationis* lumine petito, argu-
 merito, confirmari poterit; quapropter *malignum* Spe-
 ctorum *afflarum* minime in dubium vocamus, cum a-
 lias ex aëre varia *perniciosa* effluvia, *animalibus*, *vegeta-*
bilibus & certo respectu etiam *mineralibus* immineant,
 quæ indicato modo aut *mere naturali* via, aut a *Diabolo*
 ad naturæ *imitationem* & applicationem ad perniciosos
 effectus adhibita prædictos effectus edere & possunt &
 solent.

§. XIV.

Cum hætenus allegatis phænomenis illa porro
 convenit consideratio, an Spectra hominum *cursum* &
progressum impedire queant? etenim e numero illarum
aliationum, quas Spectra hominibus infligere dicun-
 tur, illa etiam est, quod ejusmodi *phasinata* non modo
 in *via* proposita homines *seducere*, sed & ita *rigidos* red-
 dere queant, ut ad *ambulandum* & *cursitandum* plane
 incapaces reddantur: In decisione hujus phænomeni
 denuo & indicamus & affirmamus, quod in *plurimis* ca-
 sibus *imaginatio* hominum cum magno *terrore*, *horrore*
 & *angore* conjuncta id efficiat, ut ob *repentinam* fibra-
 rum *constrictionem* totum corpus *obstupescat* & obrigescat;
 id quod sine spectri apparitione a nudo conspectu *ani-*
malis terribilis, aut alterius *horridi* objecti obtingere
 potest, inde innotuit dieterium, man sey erschrocken, daß
 man sich nicht befinden und kein Glied regen können: idem
 etiam *dormientibus* & *horribili somno* oppressis evenit,
 sub quo ne quidem homines *clamare*, sed *anxio* sterto-
 re se movere potuerant: hæc enim *terroris* & *angoris*,
 aut *exinii* metus efficacia est in *corpus* humanum, ut plu-
 rima membra *rigida* strictura immobilia reddantur, a
 qua *constrictione repentina* illa proinde phænomena,
 naturali plane modo occurrunt, ut *horror* & *frigus*
 corpus pervadat, ut *pili capitis erectiori obrigescentia*
 elevan-

elevantur, das̄ cinem die Haare zu Berge stehen, ut *vomitibus* subitaneus excipiat, ut ejusmodi homines ad subitaneam & involuntariam *misionem* & *fecum alvinarum* emissionem urgeantur &c. Proinde tamen nullomodo negari potest, quod *Spectrorum* apparitiones *mentem* hominum æque adeo *turbare* queant, ut *prædicti* effectus illis adscribi mereantur: etenim quod *animalia* ab omni tali *spirituali* apparitione perquam alterentur, præter *Bileami asinum*, equi & canes testantur, quorum insolitæ actiones, tremores, clamores, rugitus, sudores, perturbatus cursus, fuga, renitentia &c. sufficiens indicium hujus alterationis perhibent: neq; dubitamus, quin Diabolus per *spectra* imo plane per *naturalia meteora* (ut supra indicatum) ignicolorum fatuorum, draconum ignitorum, volantium trabium ignescentium & flagrantium, &c. hominum mentes *pervertere* & vel ad nimiam *diffidentiam* de divino auxilio & *anxi* metu ac terrore, vel ad *audacem* securitatem & *impia* consilia & auxilia, horrendæ videlicet maledictionis seducere, hacque ratione *infernalem* sui scopum assequi queat: & licet in nonnullis casibus *varii* naturales *intercurrant* processus atque effectus, tamen & ipse cacodæmon sub *qualibet* illusione & naturalium phænomenorum *abuso* perniciosum suum finem obtinere potest: Præterea non penitus diaboli *potestatem* per spectra ad *impediendum* *incessum* hominis fallacem declarare possumus, siquidem è *naturalium* rerum *efficacia* palam est, quod sub aëre nebuloso, humido, *denso*, squalido & *ventoso* hominum ingressus difficilior existat; ob id demonstrandum prius esset, quod Diabolus tali modo aërem hominis peripheriæ *circumducere* nequeat, quo ipsius progressus aut *difficilis* reddi, aut plane *sufflaminari* possit: an diabolus *in aërem* tali virtute operari queat, & *ratio* & *revelatio* consentit, si itaque ipse impetuosos *ventos* excitare potest, quidni poterit ali-

as. aëris commotiones excitare; si ipse *insensibiliter* tales illusiones perficere potest, quidni per *spectra* easdem machinationes exequi poterit: & si conceditur *Magia naturalis*, quidni *infernalis* ille hostis *similem* magiam naturalem exercere valeat, cum nullibi *solide & perspicue* demonstratum sit; quod Diaboli vis in naturalia *nulla* sit: si itaque *ulla* energia diabolo conceditur in *naturalibus*, tunc diversæ ejus operationes, in regno naturæ, nisi planè singulares obstant rationes, negari haud facile poterunt: Quodsi vero talis *spectri* energia in corpus humanum veritati haud contrarietur, tunc facile ex Diaboli *affectu & sensu* in genus humanum manifestum esse potest, quomodo diversa ratione & *animo & corpori* humano exinde aut *ideale*, aut *physicum* imminet damnum, siquidem homines tali modo a *vera & non imaginaria* spectri illusione *perterriti* in gravissimos *vitiæ & sanitatis*, si non unà *mentis* morbos atque pericula incidere solent.

§. XV.

Barbaries utique esset, *omnium testimonio & scrutinio* pertinaci & perversi animo *resistere* velle, cum vicissim *ingenua* ingenia, *intrepidi* homines & quicumque falsa referre religioni ducunt, varios *inimicos* spectrorum casus comprobant. Consultum itaque esse ducimus, ut tales *morbosus* affectus commemoremus, qui a *spectrorum visione & offensione* originem ducere possunt, ubi ex una parte concedimus, quod *terror* eximius, ob talem apparitionem natus, non modo gravem virium prostrationem causari queat, sicut de Saulo extat *1 Sam. 28. v. 20. tum festinavit Sebaul, ceciditque plenitudine staturæ suæ in terram & exhorruit valde à verbis Schemuelis: etiam robar non fuit in eo, quia non comederat plane toto die & tota nocte: ita Hornungius in Cista med. p. 414. testatur, quod a spectrorum visione & terrore inde orto pestis nata sit: ex altera vero vicissim*

vicissim parte non negamus, quod diabolus per spectra
positivè & directe nonnulla hominum corpora lædere que-
 at, hinc *Sennertus Prax. Lib. 6. Part. 9. cap. 5.* asserit, quod
Diabolus pravos in corpore latitantes humores agitare, aut
bonos plane corrumpere in varias partes immittere & na-
turalem illorum constitutionem mutare, imò violenter que-
dam, permissu DEI, in corpore humano pervertere, præ-
terea affectus varios spiritibus & humoribus motis excitare
& hoc modo varios morbos inducere possit, cui adferro ad-
hæret Winclerus in scholio obs. 32. A.N.C. dec. 1. an. 6. alterius
 morbi explicatione; *Morbida itaque pathemata, quæ*
à Spectrorum ortum trahere possunt apparitione, varia
sunt, quæ adhuc hoc ordine enarrare lubet: quidam a
spectrorum illusionè attoniti redduntur, adeoque velut
simultanea invasionè sensu & motu privantur: quidam ab
hac alteratione mox aphoni fiunt, & subinde tam in
ratione, quam reliquarum virium, ad corporis œconomi-
am spectantium, robore offenduntur & pervertuntur:
quosdam corripit rigor, de quo dicunt, es schæure einem
die Haut, stehen die Haare zu Berge &c. concurret hor-
ror, unde exclamationes innotuerunt, es sey einem wie
kalt Wasser über den Leib gelauffen, man sey erschrocken,
daß einem die Zähne im Hals geklappert &c. contingit
præterea simul eximius & subitaneus pallor & simultanea
contabescencia, quæ ab alia terrificâ corporis obrigescentia
plane distincta est, ut terribilis & insolitus ejusmodi
hominum conspectus facile indicet, quod talibus homi-
nibus singulare quiddam contigerit: etenim ita alterati
homines subitanea alteratione præter nominatam ex-
trema faciei emaciationem vultum torvum & cum stu-
pore distractum, quasi fatuitatis indicem induunt, quæ
repentina animi & corporis alteratio non nisi pessimo-
rum & vitæ ac sanitati extreme præjudiciosorum effectum
causa existit, ut mirum esse haud queat, cur adeo
 alte-

alterati homines *subitanea* extinguantur morte: repentina enim humorum *restrictio* ad *interiora* partibus vasculosis *tenerioribus* non nisi extreme *inimica* esse potest, in quibus si non *præcox* & *ingens stagnatio*, *stasis* & *obstructio*, tamen *extravasatio* periculosa facile obtingit: quem mortiferum eventum reliqua *animi* & *vitalium* functionum *perversio* accelerat & *promovet*: inde etiam in quibusdam *Vertigo caduca* cum *sensuum* continuante, aut *stupore* aut *imbecillitate* originem capeffit; quare *Spectrorum* apparitio quibusdam, si non *plenariam* rationis *perversionem*, adeoque aut *melaucholiam* aut *maniam*, tamen *internorum* sensuum insignem *imbecillitatem* causari potest: quicumque enim homines alioquin *mollioris*, *sensibilioris* & in *anomalias* proni sunt animi, illi *præcoci* tali *terrifica* alteratione facilius in *mentis* facultatibus turbantur: Præter hæcenus allegatas afflictiones morbosas, aliquos *Spectrorum* apparitio in *ominosas cordis palpitationes* & *asthmata spasmodica* conjicit, quippe qui affectus non modo a *promiscuo* terrore, sed & tanto magis a *tali* horrore & angore oriri possunt: quales affectus proinde pro *variante* subjectorum indole, quoad *diversas* circumstantias discrepare solent.

§. XVI.

Graves & *sonnici* omnino illi sunt affectus, qui *Spectrorum* illusiones sequi solent, quorum aliquos in præcedentibus nominavimus, alii vero adhuc significandi sunt: plurimi quidem horum morborum valde sunt *periculosi*, quemadmodum *omnes* morbosæ afflictiones, quæ ex *gravi animi* pathemate oriuntur, *singulari* gradu *perniciosæ* & *ominosæ* existunt, tanto magis vero *illic* animi atque corporis alterationes arduæ atque præjudiciose sunt, quæ cum *tali* causa, qualem *præsens* thema ventilat, *coherent*; hisce morbis præterea annumerare licet *Spasmos singularis* Speciminis, qui *selecto* suo *schemate*

mate facile causam *altioris* indaginis indicant; & quamvis ejusmodi spasmodici cruciatus interdum a *nude* naturalibus causis ortum capere queant, tamen *unius* effectus *plures* esse possunt *causae*, ut eapropter hæc *infernalis* demonis vis ad *provocandos* tales affectus excludi haud queat: prout insuper *nonnulla* Spasmodorum specimina velut a *vermibus*, *Mensum anomaliis*, *hereditaria* dispositione, *simplici terrore* &c. orta, plane *discreta* sunt conditionis, ita eo magis *corruptus* processus in ejusmodi spasms obtingit, quando ipsi cum *spiritali* causa coherent: neque desunt exempla, ubi a spectrorum illusionem graves insultus Epileptici orti sunt, (qualis casus allegatur in *A. N. C. Dec. 1. an. 6. obs. 32.* & in dissert. *Excell. D. D. Hoffmanni de Morbo Convulsivo a Spectro*.) qui sicut a *nudo imaginario* terrore provenire possunt, ita cum *demonis* machinationibus, vi *premissarum* demonstrationum æque connectunt: Ejusmodi morborum speciminibus, quæ a spectrorum illusionem provenire possunt & solent, annumerari debent *tremores* membrorum *paralytici*, qui plane *actuales* Paralyticos, si non pro subjectorum aptitudine *Hemiplecticos* & *Apoplecticos* affectus post se trahere solent: præterea talem Spectrorum invasionem quandoque excipiunt *ominosi Capitis dolores*, *repentinæ Congestiones* ad *caput* & *pectus*, *Inflammationes* harum regionum quandoque *caulantes*, *Erysipelas* capitis *malignum*, *defluxiones* humorosæ, cum *distincto* *maligno* affectu conjunctæ, caput perinde ac pectus affigentes, qualem affectum *A. N. C. dec. 1. an. 6. obs. 29.* commemorant, in quo allegata *cachectica* dispositio cum *reliquo* morbi successu & eventu haud solitarie coheret, sed omnino *Spectri* illusio advertenda & accusanda est; in quibusdam subjectis oriuntur *superficiales livores* ex subitanea sanguinis *stagnatione* eventientes, in aliis, *Ulcerata maligna*, *Efflorescentiæ serpiginose* & *ulcerascentes*, *Febres acutæ*.

maxime vero anomale, Vomitus vehementes, affectus periculosi *Biliofi* & varii adhuc alii, qui cum individuum ætate, sexu, temperamento & reliquo naturali morbofo statu connectunt: quandoque periculosi alvi fluxus ab eadem proveniunt causa, qualem casum ex sua observatione allegare potest D. D. *Præses*; nec non *Alopecia*, quam recenset *Valvasor in der Ehre des Herzogthum Crains* p. 263. de femina, quæ ob conspectum spectrum, omnes perdidit capillos & calva reddita fuit. Utplurimum in plethoricis subjectis periculosa & perniciosæ sanguinis commotiones obtingunt, proinde *asthmata* tam *spastica*, quam alia *sicca* ab ejusmodi apparitione spectrorum originem ducere solent: & quemadmodum *subitanus* terror *salutares* interdum excretiones *supprimere* solet, ita tanto certius, citius & vehementius id obtingit, si talis terribilis animi motus ab ejusmodi spectrorum machinamento dependet; quare *Feminis* ob *Mensuum* negotium Spectrorum illusio admodum *inversa* existit: neque quidem a malitia diaboli alienum esse existimamus, quod ipse per spectra frequentius *Puerperis* admodum inimicus esse soleat, (hinc *Mengering in Inform. Conscientiæ III. Pasch. gv. 3.* ventilat observationem: *Warum die Kindebetterin oft von Gespenstern so heftig geängstiget und infestiret werden*) quam sententiam, *prudenter* deliberatam, ab omni superstitione, phantasia & credulitate alienam esse posse existimamus; *particularem* tamen hanc annotationem ab omni reliqua *extensione* & universalitate separamus, siquidem *mediam* ire viam, neque in ullum *extremum* evagari, nobis *prudentiæ regula* esse videtur: quapropter non possimus subscribere opinioni, qua in *A. N. C. dec. 3. an. 6. obs. 101.* quatuor viri robusti a spectro mirabiliter *interempti* recensentur, quæ historia, multos quoad respectus nobis *suspecta* & ab hoc titulo aliena videtur: de reliqua

reliquo de *funestis spectris* egit *Bartolinus Cent. 3. lib. 58.*
 & de *demonum visione ab agruto &c. Cent. 1. obs. 51.* Prout
 itaque *spectra Sensus* ferunt, ita varii inde oriuntur
 morbi; siquidem aliquando *animi eminentiores affe-*
ctus interdum corporis generant afflictiones; quan-
 doque etiam per *internos*, nonnunquam per *externos* sen-
 sus ex eadem *spectrorum* illusione ardui morbi corpus
 invadunt; Et hæc succincta morborum delineatio, quæ
 a quolibet prudenti & ingenuo perito Medico suffra-
 gium sibi promittit, multis *specialibus* observationibus
 confirmari posset, si non *brevitati* studentes, *ipsum fa-*
ctum indicasse nostro proposito, officio atque themati sa-
 tisfecisse existimemus.

§. XVII.

Ultimum superest, ut adhuc illa *medica* indicemus,
 quæ *Spectris*, eorumque *perniciosis* operationibus & effe-
 ctibus opponenda sunt; horum *adminiculorum duplicia*
præcipue inclarescunt, quædam *Spiritualia*, alia vero
medica & naturalia: de *prioribus* probati Theologi men-
 tionem faciunt, è quibus hoc loco commendamus *B.*
Lutherum in locis supra allegatis; plurimi *pias pre-*
ces, cum sanctitate, fide & fiducia in *protectorium* Divi-
 num conjunctas præferunt, id quod multis in locis *B.*
Spenerus, præcipue in *letzten Theol. Bedencken Part. II.*
cap. 3. Sect. 2. p. 5-7. præstitit: huc referimus, quæ *B. Scri-*
ver in Seelen-Scharz Part. IV. Conc. 17. §. 40. consen-
 tiente profert animo, ubi hæc continentur verba: In
 der Lebens-Beschreibung des grossen Kirchen-Lehrers Basili wird berichtet,
 daß der Satan einen busfertigen Sünder, der im eiffrigen Gebet begrif-
 fen war, erschienen sey, und habe zu ihm gesagt, laß mich mit Frieden, so
 will ich dich auch mit Frieden lassen: So dem so ist, so bezeiget es klärlich,
 daß dem Feinde man nicht weher thun kan, als durch ein eiffriges und er-
 siges Gebet, dadurch Gottes Macht und Güte gleichsam erweckt wird,
 daß er etwa einen Engel sendet, der diesen Sünd weg peitschen, und ein
 GOTTES Kind von seinen Anlauffen und Anstellen erretten muß:
 huc

huc etiam quadrant verba *B. Arndti in Wahren Christenthum Lib. 2. c. 29.* Weil viel böse Geister auf einen Menschen lauren ihn zu verderben, so sind auch dagegen viel heilige Wächter von Gott verordnet: diese Wohlthat weil sie unsichtbar ist und unsichtbarer Weise geschieht, achten viel Leute vor gering; aber ein Weiser der nicht allein die sichtbare Welt anschauet, sondern auch die unsichtbare, der versteht wohl, daß im unsichtbaren Wesen, darinn GOTT wohnet, viel größere Herrlichkeit, viel ein größeres Volk und Krieges-Heer, viel größere Herrschafft, und Fürstenthümer seyn müssen, dann in dieser sichtbaren Welt: *prioribus annectimus Mengering in Informatario Conscientie Evangelico III. Paschatos qv. 5. p. 281. seq.* Wie man sich bey Erscheinungen der Gespenste verhalten und bezeigen soll: *Gerbers Fortsetzung der unerkannten Sünden Part. II. cap. 22. Arnold in Vita Patrum cap. 20. p. 46. Medicam tractationem illorum morborum, qui cum Spectrorum apparitione coherent, quod concernit, tunc illa pro differentia subjectorum, ætatum, sexus, temperamenti &c. quadantenus discrepat, nec non quoad ipsas morborum species variat; generice quidem cura dirigenda est ad alterationem animi & corporis; illa consistit in gravi terrore & angore, hæc vero iterum duplicis est classis, aut enim aliqui morbi a simplici naturali causarum, ad vitam & sanitatem spectantium, læsione proveniunt, alii vero a speciali infectione & offensione, a spectris commissa, ortum trahunt: In genere spectrorum illatio ob contingentem vehementem terrorem subitaneam & valde perniciosam motus sanguinis perturbationem causatur, dum sanguis simul & semel è peripheria ad interiora corporis reprimitur, unde periculosa stagnationes sanguinis, simultanei partium infarctus & oppressiones, indeque momentanea progressus reliqui impedimenta, aut summopere ominosæ sanguinis extravasationes, nec non lethales illius stases, tam in vasculosis, quam porosis & fibroso cribrosis partibus oriuntur: ob id sine ulla mora sanguis V. Sine est ventilandus, idque*

tanto magis in subjectis *plethoricis*, foeminis *menstruatis*, personis quibus alioquin salutare *Hæmorrhagiæ* familiares fuerunt, aut quæ antehac varias sanguinis commotiones *orgasticas*, *congestorias*, inflammatorias &c. subierunt: præstat vero pro varietate circumstantiarum aut in *brachio*, aut in *pede*, aliquando *consultius* in *pede*, illam ordinare: Porro *præoccupare* convenit, ne suspecta *subitanea Alvi* obstructio occupet, quare tempestivo *clystere* leniente & mitius stimulante alvus erit admonenda & recludenda, idque iterum *consultius*, quam cum remedio *oretenus* exhibitio: quodsi tamen circumstantiæ concesserint, lene *laxans* propinare, tunc rhabarbarina, mannata, tamarindinata, passulata aliis sunt præferenda; ne vero *superficies* corporis *rigide* oclusa adeoque *sanguinis* ingressus diutius *oppressus* & denegatus maneat, ob id placida *frictio* peripheriæ cum linteis, remissius calefactis, mollioribus commendanda erit, quæcum benignius & *securius* sanguinis *accessus* denuo invitatur, quam cum *Vesicatoriis*: quod si etiam præcox & impetuosa *congestio* caput occupet & detineat, tunc præter *V. Snem* in *pede*, usum etiam *clysteris*, adhuc *phenigmus*, plantis pedum applicatus, conducit: omnes vero fortes & *impetuose* evacuationes *inimicæ* sunt, quare in hac afflictione *Vomitoria minus* sunt *secura*, quæ nimia commotione vires, admodum *labefactatas*, offendunt, adeoque magis *sinistrum*, quam salubrem provocant effectum: Præterea in eiusmodi casibus *mitiora* ordinanda sunt *Diaphoretica*, quæ sanguinem ad interna repressum, iterum ad *equalem* cursum & progressum promovent, particulares stagnationes *resolvunt*, poros *superficiæ* corporis *referant* & insinuata *miasmata* denuo leni, efficaci tamen, modo *expellunt*, adeoque *bal-samica* quadam vi corpus *inquinatum* mundificant: *se-*ligantur vero *diaphoretica temperata*, diversitati *tempera-*

peramentorum conformia: sub eadem commendatione; admittenda etiam sunt *selecta diuretica*, sine infenso stimulo efficacia & cum *diaphoreticis & roborantibus* correcta: quo nomine prudens usus spirituum volatiliū, cum aliis prædictorum titulum remediis combinatus, permittendus erit: Porro conducunt *Lenientia & Diluentia*, quæ excretiones *ordinarias* facilitant, *viarum* oclusiones & suspectas *stricturas* demulcent & subinde *equalem* humorum distributionem adjuvant: hoc nomine profunt *infusa calida*, *Gelatimosa* & nisi *biliosa* intemperies obicit, *lacticia*: singularem etiam virtutem habent *Antispasmodica*, nitrosa, cinnabarina, ex hyacintho & lumbricis terrestribus parata medicamina, Sulphur antimonii correctum, spiritus nitri dulcis, oleum vitrioli dulce, spiritus & essentia flor. chamomillæ offic. cum Ess. Succini mixta: Narcotica *quælibet* in hac afflictione valde sunt *perniciosa*: interim ad quosvis motuum *excessus* *mitiora* sedativa concedimus, quare theriacalia & diascord. Fracast. quia *simul* sunt *diaphoretica*, sub *perita* & provida manu æque proficua existunt: *Plurimis* remediis & medicaminum formulis focianda sunt *Analeptica*, *Nervina* & *Cordialia*, atavamen *temperata*: *Plurimo* periculo *superato* *Incessus* nervini, *Peregrinationes* aliæve *moderate* corporis commotiones profunt: Vitanda insuper erit vita in *solitudine*, quin potius a spectro perterrefacti & alterati homines nunquam sine *placido* concedantur *consortio*, ne vel spectrorum nova illusio vel phantasie seductio novam ladantragædiam: De reliquo remedia, quæ *vulgo* *Incantamentis* opponi solent, *nunquam* *fido* se probarunt effectu, quoniam *actio* Diaboli *innaturalia* certa, *reactio* vero naturalium *in* *Diabolum* *incerta*, *imo* *nulla* est, quo *concentrato* asserto multa ulteriori meditationi commendare volumus: Diabolum cum *Beelzebub*

zelo expellere, adeoque Spectra cum superstitiosis & a fide christiana alienissimis experimentis fugare velle, quælibet mens christiana & ingenua abhorret: frivole & audacter Spectra spernere, vix cordatum erit consilium, nos potius adhuc apostolicum illud commendamus consilium Ephest. I. v. 10. - 18. Quod reliquum est fratres mei corroboramini in Domino & robore virium ipsius: induite universam illam armaturam Dei, ut possitis stare adversus artes Diaboli: quoniam non est nobis lucta adversus sanguinem & carnem, sed adversus imperia, adversus potestates, adversus mundi principes, id est tenebrarum seculi hujus, adversus spirituales improbitates, quæ sunt in sublimi. Propterea assumite universam illam armaturam DEI, ut possitis obistere tempore adverso & omnibus consecis stare: stete igitur lumbis circumcinctis veritate, & indui thorace justitie: & calceati pedes promptitudine Evangelii pacis: super omnia apprehendentes scutum fidei, per quod poteritis omnia tela malitiosi ignita extinguere: & galeam salutis sumite, gladiumque spiritus, quod est verbum DEI: omnibus precibus & petitione precantes in omni tempore in Spiritu: Quæ ipsa adhortatione, præsentem meditationem, ne in diffusam & molestem exerceat molem, obsignamus: Divinum ante omnia auxilium gratissima prosequimur memoria, insuperque cœlestem illam exoramus benedictionem, ut præsentem nostrum conatum prospero semper comitari velit successu, quo validæ Satanæ insidiæ & machinationes magis magisque detegantur & per victricem Christi vim supprimantur, ut maneat in omni contra infernalem hostem reportata victoria,

CHRISTO SOLI GLORIA.

77
Mirum! quot medicam prudenter agentibus
artem,
Quoquo se vertant, obvia spectra volent.
Ecquis enim numeret vaga dogmata nullius usus?
Quæque ægri cerebrum phasinata vana parit?
Phasmata maiori quæ sunt superanda labore,
Ignis quam fatuus, quam draco nocte volans.
Ergo sis felix & talia spectra repellas
Fortiter, ex animo FAUTOR AMICE pre-
cor.

*Gratulabundus hæc
scribit*

J. JUNCKER,
Med.D.

Sub variis larvis *Spectrum* se sensibus offert,
Idque tenere satis utilitatis haber.
Vnde feret multos hæc dissertatio fructus,
In tenebris claram quippe datura facem.
Gratulor ergo TIBI, FAUTOR prænobilis, o-
ptans,
In medica summus TE DEVS arte beet.

JOH. EBERHARDVS
JUNCKERVS, M.D.

Hætenus, e solida quam cognitione tenebas,
Cœpisti fausto praxin obire duce.
H Nunc

Nunc maiora capis; raram tenebrisque sepultam
 Dum TE materiem proposuisse iuuat
Ergo TIBI hæc merito confertur laurea, iure
 Gaudet & vrbs donis iamfruitura Tuis.
I, propera, multos e faucibus eripe mortis
 Aegros, divino firmus ab auxilio.
Et si quos grauius mentis phantasmara torquent,
 Hæc quoque felici fidere spectra fuges.

*Prenobilissimo Domino Candidato,
Amico suo integerrimo & im-
primis colendo gratulabundus ad-
scripsit*

G. GERLACIVS.

SAt Tua per medicos versata industria campos
 Ad solitum tendit non sine laude decus.
Ipsa manu larga Tibi necit Hygea coronam,
 Nimirum studio grata futura TVO.
Gratulor his igitur successibus, Optime Frater:
 Vtque Tibi præsto sit DEVS vsque, precor.

*Hæc in tesseram fraterni a-
moris scribere volui*

JOAN. HENRIC. STRLIVIVS.

Pædagag. Reg. Coll.

Sie trefflich hat die Welt der Künste Ruhm bedacht.
Wenn sonst ein altes Rom Minervens Kinder ehret;
Hält es sie prächtig ein in silber weiße Tracht,
Und denckt: Dis ist der Schmuck, der recht für sie gehöret.
Rom sah in düstrer Nacht der Weisheit Schimmer
Licht;

Drum

Drum solt' ein fremder Glanz den matten Schein erhöhen:
Jetzt sieht es anders aus; die kluge Nachwelt spricht:
Man kan der Weisheit-Gold doch nicht am Kleide sehen.

Wer durch Verstand und Wisz der Künste Kern erhält;
Wer durch Geschicklichkeit, wer durch ein kluges Leben
Den Lorbeer-Cranz erwirbt; der glänzet in der Welt,
Der borgt kein falsches Licht, soltts auch der Demant geben.

Was ist, **Hochwerthester**, das Ihn aniezo schmückt?
Sein wohlbewährter Fleisz, Sein grundgelehrtes Wesen.

Der Himmel seane Ihn; so ist Er recht beglückt
So wird man seinen **Ruhm** noch in der Asche lesen.

In diesen schlechten Zeilen solte seine schul-
digste gratulation abstraten ein dem Herrn
Candidato ergebenster Diener

C. L. Nienschneider,

S.S. Theol. Stud.

FLammiger Titan rutilis quadrigis
Regiam picti peragrans Olympi,
Aureum Lumen Struvio revexit

Omine dextro.

Odiem taustum! niveis notandum
Calculis, strinxit Tibi, quo, Sagacis
Dextra Grynæi viridante lauri
fronde caronam.

Hinc moras fegnes mea Clio rumpe,
Nam mihi suadet pietas, amico
Candido, cantus modulante pleetro
fundere gratos.

Det Tuis cœptis Moderator orbis,
Ut rei cedant publicæ in salutem
Sic Tuæ surget radians Hygeæ
splendor in altum.

A

A Tuis morbus procul absit atrox
Artubus, pallens Libitina cedat,
Sit Tibi firmus Pylis per annos
corporis usus.

Ite nunc passis meavota velis,
Ite sinceris mea vela votis,
Ite, præfixam, subito ut queatis
tangere metam.

Hæc pauca gratula bundus adjecit,

JO. GOTFR. SCHMID,
Schœn. Magdeb.

G In aufgeweckter Geist der Gott und Tugend liebet
Und sich dabey dem Fleis mit allem Ernst ergiebet,
Dem schlägt sein Zweck nicht fehl, er muß beglücktet seyn,
Er erndtet nach Verdienst die Früchte davon ein.
Hochwerthgeschätzter Freund, dis muß dein Beyspiel zeigen,
Da Dich die Pallas ziert mit Kranz und Lorbeer Zweigen,
Drum mag mit guten Zug das süsse Freundschafts-Band
Nicht weniger die Pflicht womit Du sonst verwand,
Erheischen daß ich Dir nebst andern gratulire
Und mich zu fernere Gunst hsemit recommendire:
Der Himmel hülle Dich in reichen Seegen ein
So wird Dein Glückes-Wachs den Cedern ähnlich seyn.

*Hierdurch solte seine schuldigst-gehorsamste
gratulation abtatten des Herrn Docturandi
aufrichtiger Freund*

G. W. FABRICIUS, L.L.C.






ULB Halle
002 807 599


3



Sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

(6) e

77254

INAUGURALIS MEDICA,
D E

C T R I S

Q V A M
C E D E O P R O P I T I O

Auctoritate Gratiſſe Facultatis Medicæ,

REGIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

HAELE ALBERTI,

RUSSIÆ AULICO ET CONSISTORII MAGDE-
MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ NATURALIS
PUBLICO ORDINARIO, ETC.
MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,
ac Promotore suo omni honoris cultu proſequendo,

O L I C E N T I A

CINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
BUS LEGITIME IMPETRANDIS
S LOCOQVE CONSVETIS,
DCCXXV. D. OCTOBR.

P R O P O S I T I O N E R U D I T O R U M V E N T I L A T I O N I S U B J I C I E T

R E S P O N D E N S

S ADAMUS STRUVIUS,

DENEBECCA - MAGDEBURGICUS.



laty.
p. 10. Christian Hend
Acad. Frider. Typogr
XVII. C. 213